am Livensem Viduam.

Augustus Pertius &.

Significamus &. Quod coram Actis præ
sentibus Metrices Regni Cancellariæ No
stræ Majoris comparens personaliter Ge
nerosus Josephus Comes Zatuskii Capi
taneus Ravensis suo et Gnōsæ Sophiæ

de

Ao 1742

Dzbickie Consortis Sua legitima pro cu-
ius ratihabitione in forma juris plenis-
ma et perfectissima cavet nomine agens
Sanus mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscunq; propriis et hereditarijs, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiâ quo ad inscripta recognoscens duntaxat attinet se subjiciens et incorporans palam libere ac benevole recognovit et præsens recognoscit. Quia ipse Generosam Theresiâ de Tautshie Chlebowska Capitaneam Livensem Viduam ejusq; Successores de Provisione biennali videlicet ab Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Primo ad Annum Millesimum Septingentesimum Quadragesimum Secundum, ab Anno vero Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo ad Annum proxime imminentem Millesimum Septingentesimum Quadragesimum Tertium, Festumq; Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in eodem Anno incidens a Summa Capitali Sexaginta unius Millium Noningentorum Nonaginta unius florenq; Polon. Inscriptione Authentica Actis præsenq; Metrices Regii super Boris Borowie cum attinentijs per eandem Generosam Theresiam Chlebowska Capitaneam Livensem Viduam modo debita una cum provisione per Decem a Centum quotannis pendenda Suprascripta Generosa Sophia de Dzbickie Sui Recognoscens

Consorti

Consorti inscripta, ob prestitam Sibi Recogro
scenz Sufficientem satisfactionem realemj
ejusq biennalis provisionis per Manus Ad
modum Reverendi in Christo Patris Domini
Andreæ Zatuski Supremi Regni Cancellarij
Memoratorum Bonorum Borowie cum attj
nentijs Lopeporis exsolutionem quietat
emittit Liberamj et absolutam facit ac
pronuntiat. Nihil quidquam sibi Suisq Suc
cesoribus intuitu præfatæ biennalis pro
visionis per se Recognoscenz realiter et in
effectu percepta reservando et præcustodi
endo. Hac Sua personali Recognitione ad
præmissa mediante. Pro Majori vero fir mi
tate manu propria se Subscripsit. Jose
phus Comes de Zatuskie Zatuski, Ravenz
Capitaneus. Quam ejusmodi Quietationem
sic ut præmissum factam et Recognitam
Nos firmam ac de Jure Validam haberi
volenz eandem ac Acta præsentia Susci
pi inscribi et exijsdem fideliter descriptæ
parti postulanti authentice extradi per
misimus. In quorum fidem & Actum ut
supra.

Actum Varsaviæ Feria
Secunda in Crastino Fe
sti Nativitatis Sancti
Joannis Baptistæ Diei
licet Vigesima Quinta
Mensis Junij. Anno Do
mini

Ao 1742
mini Millesimo Septin
gentesimo Quadragesi
mo Secundo.

Ad Relationem Illrmi Excellmi et Re
verendissimi in Christo Patris Do
mini Andreæ Stanislai Kostka Comi
tis in Zatuslie Zatuslie Oppi Culmen
et Lomesanie Abbatis Czerwenen
Supremi Cancellarij Regni.

Oblata Privilegij S.R.M. Matis
Nobili Jacobo Casimiro Rubin
kowski Servientis.

Augustus Tertius &.
Significamus &. Oblatas esse ad Acta prä
sentia Metrices Regni Cancellariä Nostra
Majoris Literas Originales Privilegij in
frascripti manu Serenissimi olim Augu
sti Secundi Regis Poloniæ Prædecessoris
Parentis Nostri Desideratissimi subscripti
Sigillogj Majori Regni communitas Sanas
Salvas et illæsas omnigj prorsus Suspitio
ne carens tenoris Sequentis. Augustus
Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ
Samogitiæ Kijoviæ, Volhyniæ, Podolie Po
dlachiæ, Livoniæ, Smolenscia Severiæ
Czerniechoviæ Necnon Hæreditarius
Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Signi
ficamus præsentibus Literis Nostris quo
rum

Jo 1742

rum interest universis et singulis. Regij
Nostri Muneris esse commodis et utilita
tibus fidelium Servitiorum Nostrorum pro
spicere ut sub felici Regimine Nostro ube
riora indies fortunarum suarum capiant
incrementa unde cum Nobis Supplicatum
esset per Certos Consiliarios Nostros Nomi
ne Nobilis Jacobi Casimiri Rubinkowski
Secretarij Nostri primam dictis Industri
am ad obsequia Thelonearum Nostrarum inte
gra fide Dedicantis interim Mercatoris Ci
vis Thorunensis, ut insistentes Serenissi
morum Antecessorum Nostrorum Joannis
Casimiri Michaelis et Joannis Tertij Regum
Poloniæ Decretis, præcipue ultimario Var
saviæ Feria Sexta ante Dominicam Cantate
proxima, Die videlicet Decima Octava Men
sis Maij Anno Domini Millesimo Sexcen
tesimo Octuagesimo Quinto ex Partium Con
troversijs inter Confraternitatem Brassato
rum et Nobilem et Spectabilem Magistra
tum Thorunens prolatis, quibus et eodem
specialiter ultimario Libertas cremandi
seu Distillandi conficiendi et propinandi
Vini Cremati omnibus Civibus promiscue
concessa et permissa est, prædicto etiam No
bili Rubinkowskii usum horum Decreto
rum Juriium et Privilegiorum et Singula
rem Consensum Nostrum Regium libere
brassandi distillandi dividendij crema
tum daremus et concederemus. Nos Sup.
plicationi huic benigne annuentes non
immemores Meritorum ejus in conta
miniatsj

minatag fidelitatis ex cordigno faciendum
ese dkximus, ut eidem Nobili Rubinkowski
illiusq Successoribus tam in Civitate Nostra
Thorunensi quam in Suburbijs ejus in Fun
dis et Domicilijs Ejus proprijs usuriam pra
cticato nonnullorum Civium Thorunensium
Crematum braxare distillare et divendere
permitteremus ac concederemus prout per
mittimus ac concedimus prdsentibus Literis
Nostris nonobstante quavis Nobilis ac spe
ctabilis Magistratus Thorunenq aut aliar
tam publicarum qm privatarum persona
rum contradictione et prdpeditionef: one
ribus Nihilominus et Contributionibus Rei
pcä et Civilibus Ordinarijs more aliorum Civi
um Solvendis salvis manentibus. Quod ad
Notitiam omnium quorum interest prdser
tim vero Nblis Magistratus Civitatis Thoru
nensis deducendo mandamus ut prdictum
Nobilem Rubinkowski in libera Cremati
distillatione et divenditione intra et extra
Civitatem Thorunenq in fundis et Mansion
bus illius proprijs non impediant, nec inso
litis Contributionibus aggravent, neq vi
aut defacto ex occasione distillationis
Braxationis et Divenditionis Cremati vel
ex odio Religionis Catholicä aut alio quo
cunq prdtextu cum ipso dure procedant
imo pro gratia Nra plene et integre circa
prdsens Privilegium concessionemq No
stram Regiam ipsum cum Successorib
non obstantibus incontrariu emanandis

Lris

Literis et rescriptis Nostris manutenendant
demandamus, Vadiumq; Nostrum Regale pro
Majori Libertatis et concessionis præsentis
Securitate Duorum Millium Hungari
calium et refusionis Damnorum exinde
causatorum incasum impetitionis Privile
gij præsens convulsionis Fisco Nostro et
parti per Medium applicanq irremissibili
ter interponimus. Inquorum fidem præsens
Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die
IX Mensis Februarij Anno Domini MDCCII.
Regni vero Nostri Anno V. Libertas bra
xandi et propinandi Crematum in Fundis
Suis Nobili Rubinkowski. Augustus Rex
Locus Sigilli Majoris Regni M. de Sen
czyn Opolinski Vt. Sigilli Majoris Regni
Secretarius. Quas equidem Literas Pri
vilegij sicut præmissum Oblatas Nos ac
Acta præsentia Suscipi inscribi et ex ijsq
fideliter descriptas parti postulanti au
thentice extradi, Originale vero rursus
offerenti restitui f. de quo recepto Cancella
riam quietavit quietatq præsens f. permisi
mus. In quorum fidem f. Actum ut sup.

Oblata Privilegij super Sex
Mansos Kozie Dictos in Latati
natu Podlachiæ sitt Fundis Op
pidi Branski adiacenq Pnō Tho
mæ Komelski.
Augustus Tertius f. Significamus f. Obla
tas

tas esse ad Acta praesentia Metrices Regni
Cancellaria Nostra Majoris Literas Origina
les Privilegij infrascripti manu Nostra Re
gia Subscriptas Sigillog Minori Regni commu
nitas, Sanas Salvas et illaesas omnig pror
sus Suspitione careng Tenoris Sequentis.
Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polonia
Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia Ma
sovia, Samogitia Kijovia, Volhynia, Podolia
Podlachia Livonia Smolensciq Severia
Czerniechovigj Necnon Hereditarius Dux
Saxonia et Princeps Elector & Significamus
praesentibus Literis Nostris, quorum inter
est universis et Singulis. Quia Nos habito
respectu Meritorum Generosi Thomae Kome
slii Nobis praestitorum faciendum esse duxi
mus ut ipsi Sex Mansos Kozie dictos in La
tinatu Podlachia sitos Fundis Oppidi
Bransk adiacentes, a multis Annis deser
tos post fata Successorum olim Iwan Stry
nieniez Martini Dudek, Iwan Masto et
Leonis Samorodowicz vacantes et ad di
spositionem Nram Regiam devolutos dare
mus et conferremus, uti quidem praesenti
bus Literis Nris damus et conferimus. Quos
quidem Mansos Sex Kozie dictos in La
tinatu Podlachia sitt Fundis Oppidi
Branski adiacentes a multis Annis deser
tos post fata olim Successorum Iwan Stry
nieniez Martini Dudek Iwan Masto
et Leonis Samorodowicz Liden Suprascriptus
Generosus Thomas Komelski cum omni
bus

Ao 1742

bus fundis Agris pratis campis hortis Sylvis rubetis Nemoribus fluvijs fluminibus Stagnis piscinis lacubus molendinis braxatorijs Tabernis Subditis eorumq' laboribus censibus Dationibus usibus fructibus proventibus commodis emolumentis, cunctis denique atti nenz et pertinentijs antiquitus ad eosdem sex Mansos spectantibus, nullis plane exceptis tenebit habebit et possidebit ad extrema vita sua tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris Non esse Nos Serenissimosq' Successores Nostros predictum Grossum Thomae Komelski abusu et pacifica possessione dictorum Sex Mansorum Kozie docitatorum in Palatinatu Podlachiae sitorum, fundis oppidi Branski adiacentibus a multis Annis desertorum post fata olim Successorum Joan Hryniewicz Martini Dudek Joan Piasto et Leonis Samodorowicz vacantibus amoturos aut alienaturos, neq' amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed Salvum et integrum jus dicta latiate Eidem conservaturos quod et Serenissimi Successores Nostri praestabunt. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae Et, desidq' Romanae Catholicae Salvis. In quo, rum fidem praesenz Manu Nostra Subscripsimus Sigillo Regni communiri jussimus Datum Vschowae Die XXI. Mensis Maij Anno Domini MDCCXLII. Regni vero Nostri

stri IX Anno. Sex Mansi Kozie dicti in La
latinatu Podlachiæ sitt fundis Oppidi Bransk
adiacen̄ à multis Annis deserti post Fata
Successorum olim Iwan Strynieuiez Mar
tini Dudek, Iwan Masto et Leonis Samoro
dowicz vacantes Gnōso Thomæ Komelskis
conferuntur. Augustus Rex. Locus Sigilli
Minoris Regni. Joannes Wolski Subdapi
fer Chencinen̄ et Sēcrs Mattis Sigilli Regni
Secretarius. Quas ejusmodi Literas Privi
legij Nostri sic ut præmissum Oblatas Nos
ad Acta præsentia suscipi inscribi et exijs
dem fideliter descriptas parti postulanti
authentice extradi originale vero offeren
ti iterum restitui deque Cancellaria Nra
etavit quietatij Pen̄ permisimus. In quo
rum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria
Tertia post Festum Nativi
tatis Sancti Joannis Ba
ptistæ proxima Die vide
licet Vigesima Sexta Men
sis Julij. Anno Domini
Millesimo Septingentesimo
Quadragesimo Secundo.

Ad Relationem Illrmi Excellentissimi
et Reverendissimi in Christo Patris
Domini Andreæ Stanislai Kostka
Comitis in Latuschie Latuskii Episcopi
Culmen̄ et Pomesaniæ Abbatis Cze
rvensis Supmi Rni Cancellarij.

Quietat

Ao 1742

Quietat Generosus Woyczynski

Admodum Reverendum Supre

mum Cancellarium Rñi.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis prdsen

tibus Metrices Regni Cancellaria Nostra

Majoris comparens personaliter Gnõsus Joan

nes Starbek Woyczynski, Sanus Mente

et Corpore existens recedendo a Foro Terris

et Jurisdictionibus Suis quibusvis propriis

huic autem Jurisdictioni Nrã Regiã quo ad

infrascripta recognoscens attinet sese Sub

jiciens et incorporando palam libere ac be

nevole recognovit et prdsentibus recogno

scit. Quia ipse Admodum Reverendum in Chri

sto Patrem Dominum Andream Stanislaum

Kostka in Latushie Latuski Episcopum Cath.

mens et Pomesanid Abbatem Czerveneñ Su

premum Regni Nostri Cancellarium ipsiusq

Successores Sanguinis de Summa Septem

Decem Millium Trecentorum Octuaginta

Septem florenorum grosorum Duodecem

Polonicalium, per Gnõs Ludovicum Rybski

Antonium Parentem et Adamum Filium

Wirzchowskie sibi Recognoscenti in Castro

Ravensi Feria Sexta post Festum Sancti

Michaelis Archangeli Anno Millesimo Se

ptingentesimo Trigesimo Nono una cum

provisione ac toto processu cessa et trans

fusa, Nec non de omni Jure suo in prdfata

cessione de Actu Superius expressa totoq

et integro processu, tam per eosdem Pene

rosos

vosos Rytshie ac Mirzchowshie quam per
se Recognoscentem intuitu prämiss Sum
mä instituto obtento et perducto, ob præsti
tam Sibi Recognoscenti pro prämiss Suf
ficientem Satisfactionem realemq ejusq
Summä Septendecem Millium Trecento
rum Octuaginta Septem florenorum et
groporum Duodecem Polonicalium una
cum provisionibus ab eadem Summa prove
nientibus per Manus Suprascripti Admo
dum Reverendi Supremi Regni Cancellarij
exsolutionem quietat emittit liberumq
et absolutum facit ac pronuntiat. Ordinem
capat et annihilat, Suprafatumq Jus Sum
per eosdem Generosos Rytshi ac Mirzecho
wshie sibi Recognoscenti officiose ut supra
cessum in personam ejusd Admodum Reve
rendi Supremi Regni Cancellarij transfert
et transfundit. Respectu cujus Summa tu
itionem et Evictionem Generalem cavet
ac in Bonis Suis Sese suis cum Succesо
ribus inscribit, idq Sub Vadio Similis Sum
mä Septendecem Millium Trecentorum
Octuaginta Septem florenq groporum Duo
decem Polonicalium. Pro quo Citatus suis
cum Succesoribus coram Officio Castren
si Ravensi respondebit peremptorie. Hac
sua personali Recognitione ad præmissa
mediante. Pro Majori vero firmitate Ma
nu propria sese Subscripsit. Jan Skarbek
Moyczynshii. Quam ejusmodi Quietationem
sicuti præmissum factam et recognitam, Nos
firmam ac de Jure Validam haberi volen

tes

tes, eandem
scribi, et ex
parti postu
misimus. Pr
supra.

Oblata C
inter Jer
Castella
ges exu
Comitem
Nurense
Augustu
Significa
sentia Me
Majoris L
seu Interc
tum Lanch
et Alexan
una, atq Gr
czyn Spolin
ex altera
rum Subsc
rubra his p
salvas et il
nis Nota ca
Jasnie Wie
Woyciechen
rem Gostyn
Niegdy Ja

Ao 1742

tes, eandem ac Acta prasentia Suscipi in
scribi, et ex ijsdem fideliter Descriptam
parti postulanti authentice extradi per
misimus. In quorum fidem &c Actum ut
supra.

Oblata Contractus Nuptialis
inter Generosos Lanckoronskie
Castellanos Gostinenses conju
ges ex una et Generosum Thomã
Comitem Opolinskii Capitaneũ
Nurensem in itu.
Augustus Tertius &.
Significamus &. Oblatas esse ad Acta prã
sentia Metricas Regni Cancellaria Nostra
Majoris Literas Originales Contractus
seu Intercisa Nuptialis inter Gnosos Alber
tum Lanchoronskii Castellanum Gostinense
et Alexandram de Zatuskie Conjuges ex
una, atq; Gnãsum Thomam Comitem de Ser
czyn Opolinskii Capitaneum Nurens Parte
ex altera initi, Manibus eorum et Amico
rum Subscriptas, Sigillisq; ipsorũ in Cera
rubra hispanica expressa Sigillat Caras
salvas et illasas omnig prorsus Suspitio
nis Nota carens tenoris Sequentis. Między
Jasnie Wielmoznemi Jchmć Panstwem
Woyciechem Lanckoronskim Kasztella
nem Gostynskim, y Alexandrą Zatuską
Niegdy Jasnie Wielmoznego Jmci Pana
Alexandra

Ao 1742.

Alexandra Hrabi na Zatuszkach Zatuszkiego
Woiewody Rawskiego z Niegdy Jasnie Wiel
mozną Jeymć Panią Terezą z Podhanskich
spłodzoną Corką, przy Assystencyi tegosz
Jasnie Wielmoznego Jmci Pana Lanckoron
skiego Kasztellana Nza Swego y Opieku
na Mazowieckiego z Jedney, a Jasnie Wiel.
moznym Jmcią Panem Tomaszem Hrabią
z Tęczyna Opolinskim Nurskim &c Staro
sty Jasnie Oswieconego Franciszka Masi
miliana Hrabi z Tęczyna Opolinskiego Akto
alnego inter Pares Francię Xcia ante hac
Podskarbiego Wielkiego Koronnego z Nie
dy Jasnie Wielmozną Jeymcią Panią Ka
tharzyną Mięczynską in Primo Matrimo
nij Voto Spłodzonym Synem z drugiey Stro
ny stanął pewny wieczneni czasy wo
czym nienaruszony wten Nizey Opisany
Sposob, Kontrakt, alias Akt Interesa.
Iz pomienieni Jasnie Wielmozni Jchmć
Panstwo Kasztellanowie Gostynscy Mał.
zonkowie, idąc za przeyrzeniem y woly
Ayrskow Boskich, od których wszelkie
Zamysły y Instynkta do Serc Ludzkich
przez Ducha Przenayswiętszego podane
Swoy Początek biorą y w skutku konklu
dowac zwykły widząc przytym tegosz Ja
snie Wielmoznego Jmci Pana Hrabi z Tę
czyna Opolinskiego Starosty Nurskie
go wielkie przymioty z urodzoney a Kla
jorum Regum Sanguine Derywacyi po
chodzące naydoskonalszym rownaiącesię

crotom

Anno 1742

Protom, a oraz powiązaiąc Drzewnieyszego Domu Imienia Drosapią inter Principes Imperij et Pares Francid cum Principibus Sanguinis pari authoritate zaszczycaiącą się &c. wszem et cum Sanguine Regum zholligowaną, iakoteż tegosz JWJmci Pana Starosty Nurskiego statecznq przez niematy czas a Jasnie Wielmoznq Jeymć Pannq Terese Lanckoronskq Kasztellankę Gostynskq Corkę swoią Nayukochanszą Konkurrencyą y nieustaiące dotąd staranie z Inspiracyi Boskiey pochodzące, przeto na Chwałę Wszechmocnego Boga y na Dobro nietylko doczesnego ale y Zbawienne go Szczescia temusz JWJmci Panu Tomaszowi Hrabi z Tęczyna Opolinskiemu Starostę Nurskiemu przerzeczoną JWJeymć Pannę Terese Lanckoronskq Kasztellankę Gostynskq Corkę swoią ukochaną in Contractu Vitæ Deliciumq Thori dać deklaruią, y Akt Zlubu Małżenskiego na Dzień Dwudziesty piąty teraznieyszego Miesiąca Października w Roku Bieżącym przypadaiący tu w Warszawie naznaczaią y determinuią. Do ktorey to Jasnie Wielmożney Jeymć Pannie Terefie Lanckoronskiey Kasztellance Gostynskiey Corce swoiey ukochaney a przyszłey tegosz JWJmciła na Hrabi Opolinskiego Starosty Nurskiego Małżonce z Dobr swoich wszelkich Dziedzicznych Oyczystych y Maiętnościach

rzystych

rzystych Posagu Sto tysięcy złotych Polskich
p. nie inkludując mundum Muliebrem in
usum et commodum utrorumq; futurorum
Neosponsorum comparatum in Mobilibus &
ruptioni subiectis consistentem / ciszgą
się Wielmożni Jchmć Państwo Kasztel.
lanowie Gostynscy pomienionemu JWPmci
Panu Staroście Nurskiemu na Dzień Dwu
Dziesty Siodmy Miesiąca Niniejszego
w Grodzie Warszawskim ad subsequenda
recognoscendamq; przez tegoż JWPmć
na Starostę Nurskiego coram ijsdem Actis
Castrensibus Varsaviensibus in Bonis Suis
hereditarijs Korycino et Czaie cum attinen
tijs in Palatinatu Podlachiæ existentibus
ac alijs generaliter omnibus habitis et ha
bendis modo Simplicis debiti recompensa
et Inscriptionem wyliczyć niniejszym
Kontraktem obligują się. Co pomieniony
JWPmć Starosta Nurski akceptuiąc
Summę przerzeczoną Sto tysięcy złotych
Polskich posagową rekompensować przy
rzeka y luboby correspondentem posądzoną
Summam ex Magnanimitate swa zy
czyć sobie capitando JWJeymć Panny Kasztel.
lanki przyszłey Małżonki Swoiey y ca
łego Domu favorem przypisać, na ten gdy
JWJchmć Państwa Kasztellanowie Gostyń
scy bardziey godność Osoby y Imienia tegoż
JWJmci Pana Starosty Nurskiego nadzie
lone dostatki szacunek y przez tę Konsyde
racyą

.racyą na ta
wyciągaią, p
Starosta Nu
et pretium
nevole czte
iako Nie
tak natym
nie scorsiw
reclamatio
Swoią Czt
raz kroć cz
zapisać sub
wyrazeni
Kasztellano
niezawodne
Stu tysięcy
sup wyrazo
to JWJmć P
Panny Kasz
Da Bog Ma
orem de Bo
tenże Pan
sia Varsav
tam satisfa
pensam sta
isz JWiel:
abinvicem
tymże Perm
raz tenże J
ra Comitun
per condign

. rauya na takowey hoynosć bynaymniey nie
wyciągaią, przeciwnie tenże JMść Pan
Starosta Nurski pokazuiąc documentum
et pactum przyiaźni Swoiey sponte et be
nevole czterdzieści tysięcy złotych Polskich
iako Niniejszym Kontraktem przypisuie
tak natymże odbieraniu pieniędzy Termi
nie recorsiva Inscriptione debitorea nullo
reclamationis Actu vitianda tęsz Samę
Summę Czterdzieści tysięcy złotych Polskich
na onezas iuż JWJeymć Panią Małżonce Swoiey
zapisać submittuiąc. A ponieważ wzmyż
wyrazeni Jaśnie Wielmożni Jchmć Państwo
Kasztellanowie Gostynscy punktualne y
niezawodne Summy wyżey wyrażoney
Stu tysięcy złotych Polskich na Termin ut
sup wyrażony przyrzekli wyliczenie, prze
to JW JmP Starosta Nurski tęsz JWJeymć
Panią Kasztellanką Gostynską przyszłą
Za Bog Małżonkę Swoią ad Renuntiati
onem de Bonis Paternis et Maternis na
tenże Sam Termin ad eadem Acta Castren
sia Varsavienscia ob sufficienter Subsecu
tam satisfactionem ac recognitam rebus
pensam stawić będzie powinien. Przytym
cisz JWiel: futuri Responsi Dożywocie
ab invicem Sobie informa Statuti na
tymże Terminie zapisać tenebuntur, o.
raz tenże JWJmP Starosta Nurski ad Ju
ra Communicativa Krolewszyzn, które
per condigna merita albo iakim Inszym

sposobem

Ao 1742

sposobem Jegomci obvenire maga przyszłą
da Bog Jasnie Wielmozną Radzonką Swoią
przypuscic submittuie się. Na ostatek aby
tenze JWJmP Starosta Nurski wyzey wy
razoney Jasnie Wielmoznej Jeymci przy
szłey Radzonki Swoiey Delasivas et pru
judiciosas Juribus Jey Transactiones vi
gente dicta conbortio sub nullitate onych
nieprzyprowadzał, ale y owszem iako Tu
tor conjugalis to co do Observancyi Osoby
y praw Jmci Jego przyszłey, ofiarie powin
no obserwował, Ci z Jasnie Wielmozni
Jchmć Państwo Kasztellanowie Gostynscy
fawore JWJeymci Panny Kasztellanki &
ki sułoiey kochanej accedente tegosz
JWJmci Pana Starosty Nurskiego aspen
su czynią przeciwko dyctą. Ktory to Kontrakt
alias Zlubny Intercize y w Niey wyra
zone Kondycye obiedwie Strony swis cu
Successoribus strzymać zisdic y wypeł
nic pod Zkodami Ziemskiemi Szaurek
Swoy bez Juramentu biorgcemi obligu
ią. O tore in casu Contraventionis et
in aliquo puncto prdsenti Intercisd Nu
ptiali non satisfactionis, Forum Sobie
y Successorom Swoim do odpowiedzenia
w Grodzie Brandtinn naznaczaią, y dla
wiąkszego Valoru tenze Kontrakt w Gro
dzie Warszawskim roborować przyrze
kaią, Na co się dla lepszey Wiary ręka
mi Własnemi circa authoritatem Ma
gnorum Nominum inferius Subscri

ptorum

storum podpisuią. Działo się w Warszawie
Dnia Dwudziestego Trzeciego Miesiąca Ma
Dziernika. Roku Tysiącznego Siedm"
setnego Czterdziestego Pierwszego. Woyciech
Lanckoronski. K.G. Locus Sigilli. Alexandra
Lanckoronska. K.G. Locus Sigilli. Tomasz Z.G.
czyna Apolinski. C.M. Locus Sigilli. Hiero"
nim Szeptycki Bishup Saldeńs. Suffragan
Luckiy, z Strony Jasnie Wielmoznych Jchmo"
sciow Panstwa Kasztellanow Gostynskich u"
proszony Przyiaciel my. Locus Sigilli. X.M. Za
luski Suffragan Płocki Sekretarz Wk. Dzy
ciel z Strony Jmci Pana Starosty uproszony
Locus Sigilli. Jozef Celinski Łodczaszy Cer"
niechowski. Locus Sigilli. Quas ejus modi
Literas Contractus Nuptialis sic ut premissu
ad Acta prdsentia per Oblatam porrectas, Nos
ad eadem Acta suscipi inscribi et ea ijdem
fideliter descriptas parti postulanti authen
tice extradi. Originale vero rursus offeren
ti restitui. Pegno recepto Cancellariam
quietavit, quietatq prasentibus. / permisi
mus. In quorum fidem Sigillum Regni. Actum
ut supra.

Actum Varsavid Feria
Quinta in Vigilia Festi San
ctorum Petri et Pauli Apsto
rum Die 28ta Vigesima Octava Men
sis Junij Anno Domini Mille
simo Septingentesimo Qua
dragesimo Secundo.

Ad Relationem ejusdem Illmi Excelmi
et Rndssmi Supra Cancellary Regni

Oblata

Ao 1742

Oblata Privilegij Regij in rem Nobilis et Spectabilis Jacobi Rubinowski.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Oblatas esse ad Acta prd sentia Metrices Regni Cancellariæ Nræ. Majoris Literas Originales Privilegij infrascripti Manu Nostra Regia Subscriptas, Sigillog Majori Regni communitas, Sanas Salvas et illæsas omnig prorsus Suspitione carens Tenoris Sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ, Czerniechoviæg Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest universis et singulis. Quem admodum Serenissimus Diva Memoriæ Augustus Secundus Rex Desideratissimus Pater Noster speciali Privilegio Suo infrascripto coram Nobis in Suo Originali producto Nobili Jacobo Casimiro Rubinkowski Secretario Nostro Consuli et Postarum Magistro Civitatis Nræ Thorunensis illiusq Successoribus collato, libertatem braxandi et propinandi Vini Cremati in Fundis Suis proprijs conceperat. Cujus Privilegij Tenor est talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ, Smolensciæ

Sciæ

Anno 1742.

rsid Severid Czerniechovidq Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et Singulis Regij Nostri Muneris esse commodis et utilitatibus Fidelium Subditorum Nostrorum pro. picere ut sub felici Regimine Nostro uberiora indies fortunarum Suarum capiant Incrementa, unde cum Nobis supplicatum esset per certos Consiliarios Nostros Nomine Nobilis Jacobi Casimiri Rubinkowshi Secretarij Nostri primam ætatis Juventutis ad Obsequia Thelonearum Nostrorum integra fide dedicantis interim Mercatoris Civis Thorunensis, ut inservientes Serenissimorum Antecessorum Nostrorum Joannis Casimiri Michaelis et Joannis Tertij Regum Poloniæ Decretis præcipue ultimario Varsaviæ Feria Sexta Ante Dominicam Cantate proxima Die videlicet Decima Octava Mensis Maij Anno Domini 1685. ex Partium Controversijs inter Confraternitatem Braxatorum et Nobilem ac Spectabilem Magistratum Thorunen. prolatis, quibus et eidem specialiter ultimario Libertas Cremandi seu distillandi conficiendi et propinandi Vini Cremati omnibus Civibus promiscue concessa et permissa est, prædicto etiam Nobili Rubinkowshi usum horum Decretorum Jurium et Privilegiorum et Singulardm Consensu Nostrum Regium liberè braxandi distillandi vivendendiq crematum, daremus et Concederemus

cederemus. Nos Supplicationi huic benigne annuentes non immemores Meritorum ejus incontaminatæ fidelitatis excendigno faciendum esse Duximus ut eidem Nobili Rubinhowski Illiusq; Successoribus tam in Civitate Nostra Thorunensi quam in Suburbijs ejus in Fundis et Domicilijs ejus proprijs usu iam practicato nonnullorum Civium Thorunens Crematum braxa re distillare ac dividere permitteremus ac concederemus prout permittimus ac concedimus præsentibus Literis Nostris non obstante quavis Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis, aut aliarum tam publicarum qm privatarum personarum Contradictione et præpeditione, oneribus Nihilominus et Contributionibus Regijs et Civilibus Ordinarijs more aliorum Civium Solvendis Salvis Manentibus. Quod ad Notiam omnium quorum interest præsertim vero Nobilis Magistratus Civitatis Thorunens deducendo Mandamus, ut prd. Dictum Nobilem Rubinhowski in libera cremati distillatione et divenditione intra et extra Civitatem Thorunens in Fundis et Mansionibus illius proprijs non impediant, nec insolitis Contributionibus aggravent neq; aut de facto ex occasione distillationis braxationis et divenditionis Cremati vel ex odio Religionis Catholicæ, aut alio quocunq; prætextu cum ipso dure procedant imo pro gratia Nostra plane et integre circa præsens Privilegium concessionemq;

Vram

Nram Regiam ipsum cum Succesoribus
non obstantibus in Contrarium emanan
dis Literis et Reseriptis Nris manutenear
demandamus, Vadiung Nrum Regale pro
Majori Libertatis et Concesionis prasen
Securitate Duorum Millium Hungarica
lium et refusionis Damnorum exinde
causatorum in casum impetitionis Privi
legijg presen convulsionis, Fisco Nro et par
ti per Medium applicanz irremisibiliter
interponimus. Inquorum fidem presentes
Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni
communiri jupsimus Datum Varsavia
Die IX Mensis Februarij. Anno Domini
MDCCXL. Regni vero Nostri Anno. V. Augu
stus Rex. L. S. C. F. de Iczyn Opolinski
Vexillifer Drohiciensis S.R.M. Secre
tarius. Ita et Nos ad Supplicationem ejus
dem Nobilis Jacobi Casimiri Rubinkowski
Secretarij Nostri Consulis et Locatarum
Magistri Civitatis Nostra Thorunen ha
bita ratione obsequiorum Illius, tam Sere
nissimis Joanni Tertio et Augusto Secun
do Parenti Nostro Regibus Praedecesoribus
Nris per longam Annorum Seriem Nobisg
fideliter semper prastitorum faciendum
esse duximus ut ipsum et Succesores ejus
circa idem Privilegium, quod in omnibus
punctis et clausulis approbamus et confir
mamus, et circa eandem continuatam pa
cificam ab Annis Quadraginta Libertatem
brasandi et propinandi Cremati seu Dini
dendi

adusti

adusti in suo Prædio ad Thorunium sito, Fun-
dis propriis conservaremus, prout conser-
vamus præsens Literis Nris, Oneribus ta-
men et Contributionibus Reipcæ et Civibus
More aliorum Civium Thorunens solvendis
salvis manentibus. Quod ad Notitiam o-
mnium quorum interest, præsertim vero
Nobilis et Spectabilis Magistratus et Or-
dinum Civitatis Thorunens deducendo, ips
mandamus, ut eund Nobilem Rubinkowski
circa prædictum Privilegium et præsens
Nostrum pacificam possessionem bracian-
di et propinandi Cremati Successoresq ejus
Manutenean't, nec aliquomodo interturbent.
Pro gratia Nra Officiorum Suorum debito
ac Vadio in eodem Privilegio interposito
in casum Contraventionis irremissibili
decernendo et Succumbendo. In quorum
fidem præsentes manu Nra Subscriptas
Sigillo Regni Communiri jussimus. Datu
Oschovæ Die XXI. Mensis Maij Anno Do
mini MDCCXLII. Regni vero Nostri IX.
Anno. Conservatio Circa Liberam Braxati
onem et propinationem Cremati in Bonis
Suis cum Approbatione Privilegij Nobilis
Jacobi Rubinkowski Secretarij Regiæ Mtis
Consulis et Postarum Magistri Thorunens
salvis oneribus Reipcæ et Civilibus. Augu-
stus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancella-
riæ Regni. Theodorus de Stowel Canc: Metr:
Gresny Coad Regiæ Mattis et Sigilli Majoris
Regni

Ao 1742

Regni Secretarius. Quas ejusmodi Literas Privilegij Nostri sic ut prmipsum Oblatas Nos ad Acta prdsentia suscipi inscribi et ex ijsd fideliter descriptas parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus "restitui" offerenti, de quo recepto Cancellaria quietavit, quietatq prdsens permittimus. In quorum fidem &. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Feria Quinta post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proximæ, videlicet Quinta Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo.

Ad Relationem ejusdem Illustrissimi Excellentissimi et Reverendissimi in Christo Patris Domini Dñi Andreæ Stanislai Kostka Comitis in Zatuszie Zatuszki Epi Culmens et Pomesan Abbatis Czerwinens Supremi Cancellarij Regni.

Ordinat Plenipotentem Admodum Rdus in Christo Pater Dominus Zatuszki Episcopus Culmens et Pomesaniæ Supremus Cancellarius Regni Augustus Fertus &

Significamus & Quod coram Actis prdsentibus

tibus Metrices Regni Cancellaria Nostra
Majoris comparens personaliter Admodum
Reverendus in Christo Pater Dominus Andre
as Stanislaus Kostka in Zabuski Zakuski
Epus Culmens et Pomesanie Abbas Czerve
nensis Supremus Cancellarius Regni Nostri
Sanus Mente et corpore existens, recedendo
a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis pro
prijs, huic autem Jurisdictioni Nrae Regie
quo ad infrascripta recognoscenda dicta
xat attinet sese subjiciendo et incorporando
palam libere ac benevole recognovit et prae
sentibus recognoscit. Quia ipse in suum ver
legitimum ac indubitatum Plenipotentia
et Mandatarium Venerabilem Adalbertum
Sinaienshi Ploceng et Pultovieng Canonicum
fecit constituit et solenniter ordinavit pro
ut quidem facit constituit et solenniter
Ordinat idq; ad Triennium integrum, ab
Actu praesens computando, dans et concedens
eidem Dnõ Plenipotentiario suo plenariam
facultatem et omnimodam potestatem Cau
sas suas et respective cum Gnõso
Rosthowshi Vexillifero Lomsensi ratione
cujusdam Membrana restitutionis in quo
vis Officio et Judicijs Regni Majoris vel Mino
ris Subselli promovendi agendi et defenden
di, exceptiones quasvis Juridicas inferendi
Juramenta deferendi et auscultandi, Deve
ta quidvis pro parte Sui Recognoscens in Mi
nori Subsellio lata acceptandi, a gravamino
sis vero ad Majus Subsellium appellandi mo
vendi, appellationes et Motiones prosequen

di

di, prnas quasvis peccuniarias levandi et
recipiendi, de levatis et receptis quietandi,
Executiones et Intromissiones in Bona Urgen
di et acceptandi, Caterag' omnia et Singula
pro Causa Terminorum et Negoty exigentia Bo
nos et Legitimos Plenipotent concernentia in
rem et utilitatem sui Recognoscentis per
agendi et exequendi. Cavens et promittens
idem Recognoscens in totum quic quic per
Prdnominatum Vrblem Adalbertum Sina
iensh Plocensem et Pultovien sem Canoni
cum Plenipotentem Suum rite et Legitime
in rem sui Recognoscentis Actum factum
gestum constitutumq' fuerit se Recognoscen
tem et Successores Suos pro rato firmo ac
grato, ita acsi ipsemet Recognoscens ea ge-
sisset fecisset et constituisset susceptur am
alias in forma Plenipotentid de Jure firmis-
sima plenissima ac perfectissima. Hac ipsi
us personali Recognitione ad prdmissa me
diante. Pro Majori firmitate manu propria
se subscripsit. Et nrds Zatuski Epus Cal
men et Domesarq C. R. Cancellarius. Quam
ejusmodi Plenipotentiam sic ut prdmissa
factam et Recognitam Nos firmam de de
Jure validam haberi volentes eandem ac
Acta prdsentia suscipi Inscribi et ejusdem
fideliter descriptam parti postulanti au-
thentice extradi permisimus. In quorum
fidem Sigillum Regni est appressum. Actu
Varsavid Feria Quinta post Festum Visita
tionis B. V. M. pxa. Die videlicet et Anno ut sup.

Et ctetum

Anno 1742.

Actum Varsaviæ Feria Sexta post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima, Die scilicet Sexta Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo.

Ad Relationem Illustrium Excellentium et Reverendissimi in Christo Patris Domini Andreæ Stanislai Kostka in Latuszkie Latuszki Oppi Culmens et Lomesaniæ Abbatis Czerwienscens Supremi Cancellarij Regni.

Roborant Contractum Admodum Reverendus in Christo Pater Latuszki Episcopus Culmensis et Lomesaniæ Supremus Cancellarius Regni ex una, et Generosa Josepha Antonina de Zahorow Ordinata Zamoyscensis parte ex altera.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis præsentis Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Majestatis comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Dominus Andreas Stanislaus in Latuszkie Latuszki Epp̃us Culmens et Lomesaniæ Abbas Czerwienscens Supremus Cancellarius Regni Nostri ex una atq; Generosa Josepha Antonina de Zahorow Ordinata Zamoyska Gradecens Ziolecens & Capitanea parte ab altera, Sani mentibus et

corporibus

A°1742

corporibus existentes, recedendo a Foro Terris
et Jurisdictionibus Suis quibuscuis propriis, huic
autem Jurisdictioni Nrae Regiae quoad infrascri
pta Recognoscenda duntaxat attinet sese Subj.
jciendo et incorporando patam libere ac benev.
le recognoverunt et quisq' illorum suo pro in
terese recognovit. Quid ipsi Contractum Cessionis
Resignationis Bonorum Marywil in Subur
bio Cracoviens in Platea Senatorska Dicta hic
Varsaviae sitt, De Data illius Varsaviae Die Sex
ta Julij Anno praesenj initum et confectum, Ma
nibus Suis Recognoscentiu proprijs Subscripto
Sigillisq' usitatis in Cera Rubra expresis mu
nitum ac Vadio Quingentorum Quinq' Millium
et Quadringentorum florenorum Polonicaliu
vallatum in omnibus ejusdem Contractus Con
ditionibus punctis clausulis Nexibus et Li
gamentis approbarunt confirmarunt et ra
tificarunt, prout quidem prdsentibus appro
bant confirmant et ratificant, eidem Contra
ctui tam in toto quam in quavis minima
parte Stare pdvere ac plenarie satisfa
cere se cum Succesoribus Suis Submittunt
prdsentibusq' Declarant, idq' Sub Vadio Quin
gentoru Quinq' Millium Quadringentoru
florenorum Polonicaliu per partem parti
Contractum tenenj irremissibiliter in casu
Contraventionis Succumbendo. Pro quo quidq'
Vadio rej Principali Citata una pars Contra
veniens per aliam coram Officio Jurisdictio
nis competentis peremptorie praecisis omni
bus dilationibus et beneficijs Juris

Suis

Suis cum Successoribus respondebit. Hac ipsorum personali Recognitione ad premissa mediante. Pro Majori vero firmitate Manibq propriis Seve subscripserunt. Andreas Zatuskii Episcopus Culmensis et Pomesaniä Supr Regni Cancellarius. Antonina Zamoyska Ordynatowa. Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam sicut premissum factam et recognitam Nos ad Acta presentia Suscipi inscribi et ejusdem fideliter descripti parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut sup.

Donat Bona Sua Hereditaria Maridvil Varsaviä sitt Admodum Reverendus in Christo Pater Zatuskii Supremus Cancellarius Regni Genero sä Zamoyska Ordinatä.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis presentes Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Dominus Andreas Stanislaus Kostka in Zatuskie Zatuski Episcopus Culmens et Pomesaniä Abbas Czerveniens Supremus Cancellarius Regni Nostri, Sanus mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs, huic autem Jurisdictioni Nrä Regiä, quo ad infrascripta recognoscenda duntaxat attinet seve Subjiciens et incorporando

rando palam libere ac benevole recognovit
et prasentibus recognoscit. Quia ipse Bona
sua hareditaria Maridvil dicta hic Varsa
via in Suburbio Cracovien: Platea vero de
natorska vocitata sitt et iacen: titulo per
petua Donationis, tam a Magnifica Joanna
de Bethuny Jabtonowska Palatina Rupid
Vidua quasita, quam a Venerabili Thoma
Lipinski instituti sacerdotum in communi
vivention ad Ecclesia Collegiatam Sancti
Joannis Baptista Varsavien: Regente modo
Venditionis empta cum omnibus eorundem
Bonorum totalium Maridvil Utilitatibus
usibus fructibus proventibus commodis et
emolumentis dificijs capella Structuris
parvis et Magnis lapideis fornicibus nec
non Domo Murata Capsichana dicta horto
Stabulis cunctis denig attinentijs et perti
nentijs nihil quidqm sibi Juris aut cujus
vis pratextus ad prafata Bona totalia Ma
ridvil pro se et Succesoribus Suis Sangui
ne iunctis reservando et excipiendo, Sedita
late longe circumferentialiterq' prout eadem
Bona Maridvil in Suis Metis Limitibus et
circumferentijs extant et extenduntur Gnosa
Josepha Antonina de Zaborow Ordinata Za
moyska Gradecen: Ziolecen: & Capitanea,
ejusq' Legitimis Succesoribus dat donat
confert inscribit et resignat, pura Mera
et irrevocabili Donatione perpetuo et in
dvum. Intromissionem Officiosam in prafata
Bona totalia Maridvil cum attinen: per
Honoratos Juris fideles libere dat et de facto
admittit

admittit. Tuitionem et Evictionem Genera
lem ab omnibus impedimentis debitis et ore
ribus universis omnium et Singularum
Personarum propinquarum et remotarum
cujuscunq; Status Sexus et conditionis exi
stentium cavet et se in Bonis Suis genera
liter omnibus habitis et habendis ac Sum
mis quibusvis peccuniarijs ubivis locorum
existentibus inscribit. Qdq; Sub damnis Per
vestribus simplici assertione absq; Juramen
to corporali taxandis et edicendis, Pro qui
bus Citatus existens suis cum Successoribus
coram Jurisdictione competenti peremptorie
respondebit. Hac ipsius personali Recogni
tione ad præmissa mediante, Alias in forma
Donationis et Resignationis de Jure firmis
sima et perfectissima. Pro Majori vero fir
mitate Manu propria sese Subscripsit. An
dreas Latusbi Episcopus Culmensis et Lo
mesanid Supr Regni Cancellarius. Quam
ejusmodi Inscriptionem Donatoria sic ut
præmittitur factam et Recognitam Nos firma
ac de Jure Validam haberi volentes Nos ac
Acta præsentia suscipi. Inscribi et exipsa
fideliter descriptam parti postulanti au
thentice extradi permisimus. In quorum fi
dem &. Actum ut supra.

Edit de Summa 48. Impen.
alium curren. Admodum
Reverendus in Christo Pater
Dominus Latusbi Episcopus
Culmensis

Culmensis Generosa Josepha
Antonina de Zahorow Ordi
nata Zamoyscensi.
Augustus Tertius &.
Significamus &. Quod coram Actis prd
sentibus Metrices Regni Cancellaria
Nostra Majoris comparens personaliter ad
modum Reverendus in Christo Pater Dominus
Andreas Stanislaus Kostka in Zabuskie Zatu
shi Episcopus Culmens et Pomesanie Abbas
Czervenensis Supremus Cancellarius Regni
Nostri, Sanus Mente et corpore existens re
cedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Su
is quibusvis propriis, huic autem Jurisdi
ctioni Nrä Regiä quo ad infrascripta dun
taxat attinet sese Subjiciens et incorporando
patam libere ac benevole recognovit et prd
sens recognoscit. Quia Ipse Generosa Jose
pha Antonina de Zahorow Ordynata Zamoy
shia Grodecens Ziolecens Capitanea Vidua
ipsiusq; Legitimis Successoribus de Summa
Quadraginta Octo Millium Currens Impe
rialium quemlibet Imperialem Quling Sym
phoribus numerando sibi Recognoscenti
per Magnificam Alexandram Comitissam
de Copet Moszynska Supremam Regni Ihe
saurariam coram Actis prdsentibus Sabba
tho post Festum Circumcisionis Christi Do
mini proxime Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Trigesimo Nono cepd tum

de

Ao 1742

de omni et integro Jure intuitu Ejusdem Cum.
nd Quadragesimæ Octo Millium Imperialium
curreng habito reqnon alijs omnibus Juribus
perse Recognoscentem super Bonis Maridvil
quesitis Summisq; deportatis cedit et con.
descendit, omniaq; et integra Jura Sua in per
sonam Memoratæ Generosæ Josephæ Antoni
næ de Zahorow Zamoyska Capitaneæ Grode.
censis Successorumq; Ejus transfert et trans
fundit plenarie et in effectu. Hac ipsius per.
sonali Recognitione ac prdmissa mediante
Pro Majori vero firmitate manu propria Se
se Subscripsit. Andreas Zatuski Epis co.
pus Culmeng et Pomesaniæ Supræ Regni Can
cellarius. Quam ejusmodi Inscriptionem Ce.
sionariæ sicut præmissum factam et Recogni
tam Nos firmam ac de Jure Validam habe
ri voleng eandem ad Acta præsentia Susci
pi inscribi et ejusdem fideliter descripto
parti postulanti authentice extradi per
misimus. In quorum fidem &c Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Sab.
batho post Festum Vi
sitationis Beatissimæ
Virginis Mariæ proxime
Die Scilicet Septima
Mensis Julij Anno Dñi
1742.

Ad Relationem ejusd Illtrmi Excel.
lmi et Rndmi in Christo Patris Supris
Cancellarij Rni.

Pusetat.

Ao 1742

Quietat Generosus Valicki Tri
bunus Ravensis Admodum Reve
rendum in Christo Patrem Za
luski Episcopum Culmensem
et Pomesaniæ Supremum Can
cellarium Regni.

Augustus Tertius &c. Significamus &c. Quod
coram Actis præsentibus Sfletrices Regni
Cancellariæ Nostræ Majoris comparens per
sonaliter Generosus Alexander Valicki
Tribunus Ravensis, Sanus Mente et Corpore
existens recedendo a Foro Terris et Juris
Dictionibus Suis quibuscuis proprijs, huic
autem Jurisdictioni Nræ Regiæ, quo ad
infrascripta recognoscenz attinet Sese Sub
icienz et incorporanz palam libere ac bene
vole recognovit et præsentibus recogno
scit. Quia ipse Admodum Reverendum in
Christo Patrem Dominum Andream Stanisla
um Kostka in Zatuskie Zatuski Episco
pum Culmensem et Pomesaniæ Abbatem
Czervenensem Supremum Cancellarium
Regni Nostri ipsiusq; Successores Sangui
nis de Summa Quadraginta Millium Flore
norum Polonicalium Moneta in Regno cur
rentis, Actis præsentibus sub Actu Varsaviæ
Sabbatho ipso Die Festi Transfigurationis
Christi Domini Die scilicet Sexta Mensis
Augusti Anno Domini Millesimo Septin
gentesimo Quadragesimo Super Bonis
Maridvil sibi Recognoscenti inscripta
et ad solvendum dispecurata, tum de ipsa

met

met Supradicta inscriptione ejusq; Vadio ob prdstitam Sibi tam Summa Capitalis qm provisionalis sufficientem Satisfactionem realemq; ejusdem Summa et Provisionis exsolutionem quietat emittit et liberum absolutumq; facit perpetuo et in avum. Supratamq; inscriptionem cum ejus Vadio tollit caspat mortificat et annihilat. Hac ipsius personali Recognitione ac prdmissa Mediante. Pro Majori vero firmitate manu propria sese Subscripsit. Alexander Vali cii. T. D. R. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sicut prdmissum factam et Recognitam Nos firmam ac de Jure Valida haberi volenq; eandem ad Acta prdsentia suscipi inscribi et ea ijsdem fideliter descripti permisimus. In quorum fidem & Rectum ut sup.

Ordinat Plenipotentem Admodum Reverendus in Christo Pater Dominus Latuslai Episcopus Culmensis et Pomesaniæ Supremus Cancellarius Regni.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis prdsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostrd Majoris comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater

Dnus

Ao 1742

Dominus Andreas Stanislaus Kostka in
Zatuskie Zaduski Episcopus Culmensis
et Lomesanid Abbas Czervenensis Supre
mus Cancellarius Regni Nostri sanus Men
te et corpore existens recedendo a Foro
Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscu
proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostra
Regiæ quo adinfrdscripta recognoscen
Da duntaxat attinet sese Subjiciendo et
incorporando palam libere ac benevole
recognouit et prasentibus recognoscit.
Quia ipse Generosum Joannem Chrisosto
mum Kraiewski Subdapiferum Cracho
viensem in Suum verum Legitimum
Specialem ac indubitatum Plenipoten
tem fecit constituit et Solenniter ordi
navit, prout quidem prasentibus facit
constituit et Solenniter ordinat, idq;
ad Triennium integrum ab Actu prasen. Com
putando, dans et concedens eidem Speciali
Plenipotenti Suo plenariam facultatem
et omnimodam ac Generalem potestatem
causas Suas generaliter omnes et singu
las, tam ex Actoratu quam et reatu in
quovis Subsellio Majori sive Minori Re
gni Nostri cujuscunq; Terra et Districtu
etiam Tribunalis Regni Petricovien sive
Lublinen habitas et habendas institutas
et instituendas cum quibuscunq; personis
occasione cujuscunq; Negoty modo quovis
intercedentes promovendi agendi et de
fendendi. Exceptiones quascunq; Juridicas

inferendi

inferendi, Juramenta deferendi et auscul
tandi, Decreta quævis pro parte Sui Reco
gnoscentis in Minori Subsellio lata acce
ptandi, agravaminosis ad Majus Subsel
lium appellandi movendi, Appellationes
et Motiones prosequendi, penas quasvis
pecuniarias levandi delevatis quietan
di, Contractus quosvis in quavis Materia
ineundi complanandi contrahendi et aver
dandi, Summas etiam Capitales levandi
de levatis quietandi Cessiones faciendi Re
cognitiones quasvis Nomine Sui Recogno
scentis faciendi Executiones et Intromis
siones in Bona urgendi et acceptandi, ali
os Plenipotentes in locum Sui substituen
di, substitutos rursus revocandi, Caterag
omnia et singula pro Causarum Termino
rum et Negotiorum exigentia Speciales
et Generales Plenipotentes concernentia
in rem et utilitatem Sui Recognoscen
agendi et exequendi. Cavens et promittens
idem Recognoscens id totum quic quic
per Memoratum Generosum Spectalem
Plenipotentem Suum rite et legitime a
ctum gestum constitutumq; fuerit se Re
cognoscentem et Successores Suos Sanguinis
prorato firmo ac irrevocabili Suscepturos
Hac ipsius personali Recognitione ad premis
sa Mediante. Pro Majori vero firmitate Ma
nu propria sese Subscripsit. Petreas Latushi
Episcopus Calmensis et Pomesaniæ Supremus
Regni Cancellarius. Quam ejusmodi Plenipo

tentiam

tentiam sic
tam Nos fu
ri volentes
scipi inscri
parti postu
simus. In qu
ut sup.

Debet Ge
tushie Ch
Livensis
sto Patri
Supmo Ca
Augustus
Significar

tentiam sicut premissum factam et recogni
tam Nos firmam ac de Jure Validam habe
ri volentes, eandem ac Acta presentia Su
scepi inscribi et exijsdem fideliter descripto
parti postulanti Authentice extradi permi
simus. In quorum fidem Sigillum Actum
ut sup.

Actum Varsavid Feria
Secunda, ante Festum
Sanctæ Margarethæ
Virginis et Martyris
proxima, Die scilicet
Nona Mensis Julij Ao
no Domini Millesimo
Septingentesimo Qua
dragesimo Secundo.

Ad Candem Relationem Illustrissi
mi Excellentissimi et Reverendissimi
in Christo Patris Domini Andreæ Sta
nislai Kostka Comitis in Zatuszie Za
tuszi Epi Culmens et Lomesanie Abba
tis Czervinens Sacri Cancellarij Rni.

Debet Generosa Theresia de Za-
tuszie Chlebowska Capitanea
Livensis Admodum Rndo in Chri
sto Patri Zatuszi Epo Culmensi
Rpmo Cancellario Regni.
Augustus Tertius &.
Significamus &. Quod coram Actis præsen

tibus ...

tibus Metrices Regni Cancellariâ Nostrâ Majoris comparens personaliter Generosa Theresia de Zatuskie Chlebouska Capitanea Livensis Vidua, Sana Mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscuis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiâ quo ad infrascripta recognoscenda duntaxat attinet sese Subjiciendo et incorporando palam libere ac benevole recognovit et præsens recognoscit. Quia ipsa Admodum Reverendo in Christo Patri Domino Andreæ Stanislao Kostka in Zatuskie Zatuskii Episcopo Culmens et Pomesaniæ Abbati Czerveneñ Supremo Cancellario Regni ipsiusq; Successoribus Sanguinis tenetur ac debet, seq; et Suos Successores teneri ac debere, Debet Super Bonis Suis generaliter omnibus et præcipue Baroniæ cum attinentijs in Terra Ternensi consistentibus, Summam Triginta Quatuor Millium Quadringentorum Quatuor florenorum Polon una cum provisione per Octo a Centum pendenda, modo certi veri et justi realis ac liquidi debiti in et pro Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in Anno Deodante Venturo Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Tertio dare Solvere et circa Officium et Acta Castrensia Czerneñ reponere et relinquere, repositamq; et relictam rursus ab eisdem Actis non effidejubere nec modo quovis arestare inscribit et asecurat.

Idq;

Ao 1742

Jdq sub Valdo Similis Summd Triginta Quatuor Millium Quadraginta quatuor Florenz Polonz. Pro quo Cedita Suis cum Successoribus coram eodem Officio Castrenz Czernenz respondebit peremptorie. Hac ipsius personali Recognitione de prdmisa mediante. Pro Majori vero firmitate manu propria sese Subscripsit. Terepa z Z. Chlebowska. Quam ejusmodi Inscriptionem Debitorea sic ut prdmissum factam et recognitam Nos firma ac de Jure Validam haberi volenz, eandem ac Acta prasentia suscipi Inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti Authentice extradi permisimus In quorum fidem &. Actum ut sup.

Roborant Contractum Nuptia lem Generosi Lanckorowscy Castellani Gostinenses Conjuges ex una et Generosus Antonius Rostworowski Capitaneus Czernenis parte ex altera.

Augustus Pertius &:

Significamus &. Quod coram Actis prasentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris comparentes personaliter Generosi Adalbertus in Lanchorona Lanchoronski et Alexandra de Zatuskie Castellani Gostinenz Conjuges Legitimi, et quidem Consors in assistentia ejusdem Mariti Sui a gens ab una et Generosus Antonius Rostworo

nski

uskii Capitaneus Czerneg parte ab altera
sani mentibus et corporibus existentes, re
cedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus
suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdi
ctioni Nrae Regiae, quoad infrascripta reco
gnoscenda duntaxat attinet sese Subjci
endo et incorporando palam libere ac benevo
le recognoverunt, et quisq illorum suo pro
interesse recognovit. Quia ipsi Contractum
Metrices Regni Cancellariæ Nræ Majoris Literas Originales Privilegij infrascripti, manu Serenis: simi olim Augusti Secundi Regis Poloniæ Prædecessoris Parentis Nostri Desideratissimi Subscri: ptas, Sigillo Minori Regni communitt, sanas sal: vas et illæsas, omniq; Suspitione carentes. Tenoris se: quentis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Polo: niæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Ma: soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ Severiæ, Czer: niechoviæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxo: niæ, et Princeps Elector. Significamus præsen: tibus Literis Nostris, quorum interest, universis et singulis. Quia Nos singulari favore prosequen: non modo Majorum, verum et propria merita Gnosi Ven ceslai Rzewuski, Capitanei Nostri Krusuicien: faciendum esse duximus, ut Jus advitalitiale, q: ipsi super Bonis Nris Regalibus Stulno dictis, in Terra Chelmen: situs servit, Consorti quoq; ipsius, Gnosæ Annæ de Lubomirskie Rzewuska, communica: remus, uti quidem communicamus præsentibus Li: teris Nostris, Ita ut eadem Bona Stulno, cum omni bus Curijs, prædijs, horreis, agris, campis, hortis pra tis, pascuis sylvis, Nemoribus, Fluvijs, fluminib: stagnis piscinis Molendinis, Tabernis, Subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibus, commo: dis, emolumentis, attinentijsq; et pertinentijs uni versis, nullis penitus exceptis, eo antiquitus spe: ctant, dicti Gnosi Venceslaus, et Anna de Lubomir: skie Rzewuskie, ambo et insolidum, conjunctim et divisim, teneant, habeant, et possideant, ad extre: ma vitæ sua tempora; Promittimus autem pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris, Non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nros, ab usu et pacifica possessione, memoratorum Bonorum

Stulno

Stulno, Gnosos Venceslaum et Annam de Lubomirskie Rzewuskie Conjuges, Capitaneos Crusvicen, vita utriusq; sive alterius durante amoturos aut alienaturos, neq; amovendi, aut alienandi cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum jus advitalitiale ipsis conservaturos, quod et fecere: nissimi Successores Nri prastabunt. Ratione cujus Advitalitatis, solitam Proventum Quartam ad Thesaurum Regni, Generosi Venceslaus, et Anna de Lubomirskie Rzewuscy, quotannis solvere tenebuntur. Juribus Nostris Regalibus Reipca, et Eccliæ Catholica salvis ibidem manentibq. In cujus rei fidem praesentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVIII. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXXXII. Regni vero Nostri XXXVI. Anno. Jus Communicativum super Bonis Stulno in Terra Chelmensi Gnosa Anna de Lubomirskie, Gnosi Venceslai Rzewuski Capitanei Krusvicen, Consorti confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Adamus Stanislaus Grabowski Decanus Cathr. Cul: men. Scrtr Matris Scribis. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut praemissum ad Acta praesentia Metrices Regni oblatas, Nos ad easdem Acta Metrices Regni suscipi inscribi, et exijsdem fideliter descriptas, parti postulanti authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui: de quo recepto Cancellaria quietavit, Quietatq; praesenz: permisimus. In quorum &c. Actum ut sup.

Oblata Privilegij Juris communicativi super Bonis Jeziorzany in Palatinatu Lo: dolia, Gnosa Anna de Lubomirskie Rzewuska Gnosi Venceslai Rzewuski Capnei Crusvicien, Consorti servien.

Augustus Tertius. & Significamus & Oblatas esse

esse ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris Literas Originales Privilegij infra. scripti, manu Serenissimi olim Augusti Secundi Regis Poloniæ Præcessoris Parentis Nri Desideratiss. simi subscriptti, Sigillo Minori Regni communitt vanas, salvas, et illæsas, omnig suspitione careng. Tenoris sequentis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ Prussiæ Masovia, Samogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ Livoniæ, Smolenciæ Severiæ Czerniechoviæg, Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nris, quorum interest, universis et singulis. Quia Nos Merita nonnantu Paterna verum et propria, Generosi Venceslai Rzewuski Capitanei Nostri Cruszwicens, singulari favore prosequi, faciendum esse duximus, ut jus advitalitiale, quod ipsi super Bonis Nostris Regalibus Jezierzany dictis in Palatinatu Podoliæ sitis, servit et competit, Consorti quoq ipsius, Gnósæ Annæ de Lubomirskie Rzewuska communicaremus uti quidem communicamus præsentibus Literis Nris, Ita ut eadem Bona Jezierzany, cum omnibus curijs, Ædijs, hortis agris, campis, Horreis, pratis pascuis, sylvis nemoribus, fluvijs flumi. nibus, lacubus, stagnis, piscinis, molendinis Tabernis, Subditis, eorumq laboribus, censibus, Dationibus commodis emolumentis, attinentijsq et pertinentijs universis, eo antiquitus spectan. nullis penitus exceptis, ijdem Gnōsi Venceslaus et Anna de Lubomirskie Rzewuskie, Conjuges, ambo et insolidum, conjunctim et divisim, teneant habeant et possideant, ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Sermis Successoribus Nris, Non esse Nos, Servosq Successores Nros, abusu et pacifica possessione memoratorum

Ao 1746.

moratorii Bonorum Jezierzany, Gnosos Vence:. slaw et Anna Rzewuskie, amoturos, aut aliena: turos, neq; amovendi, aut alienandi cuipia pote: statem habituros, sed salvum et integrum Jus Aduita: litiale eisdem conservaturos, quod et Serenissi mi Successores Nri prastabunt. Ratione cujus Aduitalitatis, solitam proventum Quartam, ad Thesaurum Regni quotannis dicti Gnosi Rzewuskie Conjuges inferre tenebuntur. Juribus Nostris Re: galibus, Reipca et Ecclis Catholica salvis, ibidem manentibus. In cujus rei fidem, praesentes manu Nra subscras Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsavia die XVIII. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXXXII. Regni vero Nri XXXVI. Anno. Jus Communicativum super Bonis Jezierza: ny in Palatinatu Podolid, Gnosa Anna de Lubo: mirskie Rzewuska, Gnosi Venceslai Rzewuski Capnei Krusvicen Consorti confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Adamus Sta nislaus Grabowski Decanus Cathr. Culmen Secus Mtis Scribus. Quas ejusmodi Literas Privilegij sic ut praemissum Oblatas, Nos ad Acta praesen: tia Metrices Regni suscipi, inscribi, et ex ijsde fideliter descriptas parti postulanti authenti: ce extradi, Originale vero rursus Offerenti re: stitui j: de quo recepto Cancellaria quietavit quietatq; Pen: j: permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra.

Actum Varsavia Feria Secunda post Festum Sancti Francisci Con: fessoris proxima, Die scilicet Decii ma Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem ejusd Celsmi in Xsto Patris Domini Andreae Stanislai Kostka in Zadzistie Zadzuski Epi Cracovien Sup Cancellarij Rni.

Oblata

Ao 1746.

Oblata Privilegij super Palatinatu Cracoviensem, Magnifico Joanni Branicki Supremo Vexillifero, et Duci Campestri Exercitus Regni servien:

Augustus Tertius &.

Significamus &. Oblatas esse ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellarid Majoris Regni Literas Originales Privilegij infrascripti, manu Nostra Regia subscriptt, et sigillo Minori Rñi com: muniitt, sanas salvas et illasas, omnig suspitione caren Tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polonid, Magnus Dux Lithuanid Russid, Prussid, Masovid, Samogitid, Kijovid, Volhynid, Podolid, Podlachid, Livonid, Smolenscid Severid Czerniechovidg, Necnon Hereditarius Dux Saxonid et Princeps Elector. &. Significamus praesentibus Literis Nris, quorum interest, universis et singulis. Quia Nos Magnifici Joannis Clementis Branicki Supremi Vexilliferi et Campestris Exercitus Regni Nostri Ducis erga Nos probatam, ac constantissimam fidelitatem erga Patriam eximia, ac pluribus arduis in occasionibus praestita merita, in Consilijs maturam resolutionem, in rebus Militaribus experientiam, optime commendata habentes, faciendum esse duximus, ut eidem dignitatem Palatinatus Cracoviensis, post Fata Magnifici Theodori Principis Lubomirski vacantem, et ad dispositionem Nram Regiam devolutt, daremus et conferremus, prout quidem praesen Literis Nostris, cu omnibus juribus, Jurisdictionibus Prarogativis Immunitatibg, Munijs, Bonisg omnibus, ad eandem dignitatem spectantibus, cunctisg obventionibus, de Lege vel usu antiquo receptis, ad extrema vitae sua tempora, vel alterius alicujus dignitatis assecutionem, teneng habeng, obeung, et possideng damus et conferimg.

Quod

Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis ac Generosis Dignitarijs Officialibus, universæ Nobilitati Palatinatus Cracovien. Notum esse volens, mandamus, ut eundem Magnificum Joannem Branicki, ab hinc pro vero Legitimo, et indubitato Palatino Cracoviensi, habeant Nominent et agnoscant; Cui de Loco Juribus, Jurisdictionib. Prærogativis, Immunijs, Munijs, Proventibus, et Obventionibus, eandem Dignitatem concernentibus, et ipsi respondeant, et ab alijs responderi curent. Pro gratia Nra. In quorum fidem, præsentes Manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die 1. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXLVI. Regni vero Nri XIII. Anno. Palatinatus Cracoviensis post Fata Mfici Theodori Principis Lubomirski vacans Mfico Joanni Branicki Supremo Vexillifero et Duci Campestri Exercituum Regni confertur. Augustus Rex. L. Locus Sigilli Minoris Regni. / Joannes Wolski, Subdapifer Districtt Chencinen. / Sr. Rr. Mattis, Sigilli Regni Secretarius. Quas Literas Privilegij Nostri, sic ut præmissum additum præsens Metrices Regni Oblatt, Nos ad eadem Acta suscipi, inscribi, et exijsdem fideliter describi parti postulanti, authentice extradi, Originale vero rursus offerenti restitui, de quo recepto Cancellaria quietavit, quietatq; præsens permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Oblata Listu Przypowiedniego na Chorągiew Lancerną w Woysku Koronnym post Fata Urodzonego Rybińskiego Generała Artollery i Koronney, Urodzonemu Gurowskie mu Stolnikowi Podolskiemu danego.

August Trzeci Krol &.

Oznaymuiemy Niniejszym Listem wszem wobec, y każdemu komu o tym wiedzieć należy.

Jz

Ao 1746.

Iż podany iest per Oblatam do Akt Metryki Kan:
cellaryi Naszey Większey Koronney List Erzypo:
wiedni na Chorągiew Lanceryą w Woysku Naszym
Koronnym, Nizey wyrazony, ręką Naszą podpisany
Pieczęcią mnieyszą Koronną stwierdzony, wniczym
nienaruszony, y niepodeyrzany. Tenoru takowego.
August Trzeci z Bozey Laski Krol Polski Wielki
Xiąże Litewski, Ruski Pruski, Mazowiecki, Zmu:
dzki, Kijowski, Wołhynski, Podolski, Podlaski, Inf:
flantski, Smolenski, Siewierski, y Czerniechowski
Dziedziczny Xiąże Saski y Elector. Urodzonemu
Andrzejowi Gurowskiemu Stolnikowi Podolskiemu
wiernie Nam Miłemu, Laskę Naszę Krolewską.
Urodzony wiernie Nam Miły, Maiąc dobrze Za:
lecaną wiernośći twoiey w Dziełach Rycerskich
experyencyą Męstwa y w woznych Okkazyach Wo:
iennych odwagę, y ku Zaszczytowi Majestatu Na:
szego przykładem zacznych Antenatow swoich Za:
cnośc, a chcąc onego do dalszych Naszych, y Rze:
czypltey zachęcic ustug, umyślilismy wiernosci
twoiey Szarzą Rothmistrzowską Chorągwi Lan
cerney, post fata Urodzonego Rybinskiego, w Woy
sku Naszym y Rzpltey Koronnym wakuiącą dać
y konferować, iakosz Niniejszym Listem Naszym
przypowiednim z Lotem tey Chorągwi, według
Regulaminu Constitucyą Anno 1717. postano:
wionego należącym, tudziez ze wszystkiemi
Prerogatywami teyze Szarzy Rothmistrzowskiey
służącemi daiemy, y Konferuiemy. Mieć zatym
chcemy po wiernosci twoiey, abys pod tą Chorą
gwią Ludzi do Dzieł Rycerskich sposobnych w
Mundurunek y Rynsztunek Służbie tey przyzwo:
ity, tudziesz w Konie dobre opatrzonych, pod Zwy
czaynym posłuszeństwem y Władzą Naszą tu:
dziesz Vell. Hetmanow Koronnych trzymać, do
żadnych swywolnych albo przeciwnych Zaciągow
y Kup niewiązać się, Skromność ową Militare

Disciplinæ

Disciplina wciągnieniu y na Stanowiskach, po:
dług prawa zachowad, Niewątpiemy tedy że V:
przeymość Wasza to wszystko Nam y Rzpltey na Bzy
stugę, a Sobie na Starość ochotnie uczynisz Panskiey
Naszey ztąd będąc pewien Łaski, ktorą Wierności
twoiey na zawsze ofiarujemy. Dan w Warszawie
Dnia VII. Miesiąca Października Roku Panskiego
MDCCXLVI. Panowania Naszego XIII. Roku. Aug:
gustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Joan
nes Wolski Subdapifer Districtt Chenciney Sd
Rd Mtis Sigilli Regni Sectius ffa. List przypowie:
dni na Chorągiew Lanceraą w Woysku Koronnym
post Fata Urodzonego Rybinskiego Generała Ar:
tolleryi Koronney wakuiącą, Urodzonemu Guro:
wskiemu Stolnikowi Podolskiemu dany. Ktory
to List przypowiedni do Akt niniejszych Obla:
towany, My do tychże Akt Metryki Koronney przy:
ięte wpisać, y on Stronie potrzebuiącey niemie wy
pisany authentycznie wydać, Oryginał zaś Oblatu:
iącemu nazad powrocić, zktorego odebrania Kan:
cellaryą Naszą Kwitnie rozkazalismy. Naco dla
lepszey Wiary pieczęć Koronna przycisniona iest
Działo się w Warszawie w Poniedziałek po Swię
cie S. Franciszka Wyznawcy Nayblizszy, Ktory iest
Dnia Dziesiątego Miesiąca Października, Roku
Panskiego Tysiącznego Siedmsetnego Czterdzie
stego Szostego.

Actum Varsaviæ Feria Sex
ta prædicti Festi Sancta He
dvigis Viduæ Electa, Die scili
cet Decima Quarta Mensis
Octobris Anno Dñi Millesimo
Septingentesimo Quadragesi
mo Sexto.

Ad eandem Relationem Celmi in Xsto Pa
tris Dñi Epi Cracovien. Ducis Severiæ
Supmi Cancellarij Rñi.

Oblata

Ao 1746.

Oblata Privilegij Confirmationis Generalis Jurium Venerabili Capitulo Varmiensi servientium.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod veniens personaliter ad Acta praesentia Metrices Regni Cancellariae Nrae Majoris Gnosus Casimirus Zatorski, auditus Reverendi in Christo Patris Dñi Epp̃i Varmiensis et Sambiens, obtulit ad acticandum Actisq̃ praesens inscribendum Literas originales in Pergameno Scriptas Privilegij Nostri, manu Nostra Regia subscriptas, Sigillogq̃ Regni Majori in pixide pensili communitt, sanas, salvas, et illaesas, omnigq̃ suspitione carens. Tenoris sequentis.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Rusiae Prussiae, Masoviae Samogitiae Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae Livoniae Smolenscii, Severiae, Czerniechoviaq̃, necnon Hereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector &c. &c. Significamus praesentibus Literis Nris, quorum interest universis et singulis. Quod cum Venerabile Capitulum Ecclesiae Cathedralis Varmiensis, Reverendo in Christo Patre Christophoro a Szembek Epp̃o Varmiens, ad meliorem vitam translato, etiam Rndum in Christo Patrem Adamum Stanislaum Grabowski Episcopum Vladislavien nontamen dictae Ecclesiae Varmiens Canonicum sed per Speciale Breve Apostolicum /: quod hac vice observanter recepimus :/ ad id perinde aevi de Gremio Capituli ejusq̃ Ecclesiae fuisset, habilitatum iam vero cum alijs Capitularibus Candidatis a Nobis nominatum concordibus Suffragijs elegissent, seu postulassent, ac ideo Juribus et Privilegijs Ecclesiae et Capituli Varmiensis, signanter autem Pactis cum Serenissimo Divae Memoriae Sigismundo I. Rege Poloniae Anno Millesimo Quingentesimo

gentesimo Duodecimo initis, juxta quorum prs
scriptum et observantiam, necnon Decreta
Sedis Apostolicæ Supranominatum Reverend
olim in Christo Patrem Christophorum Szembek
concernentia, nonnisi Canonicum verum et Actu
alem e gremio sui Capituli ad Sedem Eppalem
Varmiensem assumere debuissent prejudicium
inferri videatur. Nos hac in parte integritati
et indemnitati Ecclesiæ et Capituli Varmiensis
pro Regia Nra pietate et Clementia providere
juraq; per omnia salva et illæsa conservare vo-
lentes, declaramus et cavemus præsentibus Lris
Nris, unicum hunc Actum ejusdem Capituli Var
miensis, cum præcustoditione, quod Juribus et Pri
vilegijs Ecclesiæ Varmiensis Nullatenus obesse,
aut ideo in futurum amplius practicari possit, vel
debeat, Subsecutum quemadmodum in ipsum
a Sanctissimo Domino Nro Benedicto XIV. Conti
fice maximo cautum est futuris Electionibus
et Pactis propterea confectis, aliquo modo præjudi
care, aut interruptionis, vel discessionis a Juribus
aliquem prætextum adferre debere aut posse, imo
nunquam in exemplum quovis tempore adducendum
et allegandum esse. Verum ipsa Pacta, prout ultro
citroq; suscepta sunt in eorum firmitate ac robo-
re integra salva intacta atq; inconvulsa perma-
neant semper et in omne ævum. Quod Regio
Nostro Nomine pro Nobis et Sereniss. Suc-
cessoribus Nris, ita observabimus et Successores
Nros Reges Poloniæ ita observaturos polliceamur
et spondemus. Cæterea omnia et singula Jura
concordata Nationis Germanicæ, quibus Ecclia
Varmiensis gaudet, indulta, cautiones Immuni-
tates, et exemptiones a Tempore accessionis Epi-
scopatus Varmiensis ad Regnum Poloniæ juxta con-
ditiones Pacis Perpetuæ Privilegia et Diplomata

Dnor

DD. Prædecessorum Nostrorum præsertim vero Si:
gismundi Tertij, Joannis Casimiri, Michaelis
Joannis Tertij, et Augusti II. Genitoris Nostri
Desideratissimi, quæ hic pro expressis, et per ex
tensum scriptis haberi volumus, ex integro sal:
va manutenta, et perpetuo conservata esse volu
mus. In quorum fidem præsentes Manu Nostra
subscras Sigillo Regni communiri jussimus. Da:
tum Varsaviæ Die V. Mensis Octobris, Anno Do
mini MDCCXLVI. Regni vero Nostri XLII. An:
no. Confirmatio Generalis Juriũ Venerabilis
Capituli Varmiensis, signanter Episcoporum
Postulationem concernentium. Augustus Rex
Locus Sigilli pensilis Majoris Regni. Casimirus
Mocki Dapifer Myszogrodens, Mattheus Sigilli
Majoris Regni Secretarius. Quas ejusmodi Lite:
ras, sicut præmissum per Oblatam porrectas Pri
vilegij Nostri, Nos ad Acta præsentia Metrices
Regni suscipi inscribi, et exijsdem fideliter de:
scriptas parti postulanti authentice extradi, Ori:
ginale vero rursus Gnõso offerenti restitui, per
misimus, De quo recepto Cancellaria quietavit
quietatq; præsens, et sese Pro Majori fide manu
propria subscripsit. Casimirus Zatorski mp. Gn:
quorũ fidem &. Actum ut sup:

Actum Varsaviæ Sabbatho
ipso Die Festi Sanctæ Hedvi
gis Viduæ Electa Die scilicet
Decima Quinta Mensis octo
bris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Quadragesi
mo Sexto.

Ad Relationem ejusdem Celsissimi in
Christo Patris Dñi Epp̃i Cracovien: Ducis
Severiæ, Sup̃mi Cancellarij Rñi.

Cedit

Ao 1746.

Edit Deodicata Virgo Maria Cune:
gunda Tarkowska, Monialis Novitia,
Ordinis S. Benedicti, ab Adoratione
perpetua Smi Sacramenti, Conventus
Varsavien. de Summa Gnōso Michaeli
Tarkowski Capneo Griboviensi Laventi
suo, et abrenuntiat Bonis Paternis et
Maternis.

Augustus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ &
Significamus &. Quod ad humillimam Supplica
tionem Deodicata Virginis Maria Cunegunde
Tarkowska Monialis Novitiæ Ordinis S. Benedi:
cti, a perpetua Veneratione Sanctissimi Sacra:
menti Conventus Varsavien. Acta publica adi:
re nonvalentis, apud Nos factam, Gnōsum Andream
Franciscum Cichocki Secretarium Nostrum, et Acto
rum Metrices Regni Cancellaria Nra Majoris
Præfectum pro recipienda ab ipsa infrascripta In:
scriptione deputavimus, utq; cum Actis ipsam adiret
permisimus, Qs idem Gnōsus Deputatus Secre:
tarius Nr, functus officio suo, coram Nobis pata
publiceq; recognovit, Qualiter coram eodem Depu:
tato Secretario Nro, Actisq; præsentibus Metrices
Regni Cancellaria Nra Majoris, Die hodierna
in Actu contenta, comparens personaliter ad Præ:
tes Vestibuli Conventus sui eadem Deodicata
Virgo, in Seculo Francisca in Religione vero
Maria Cunegunda Tarkowska, Ordinis San:
cti Benedicti ab Adoratione perpetua Sanctissimi
Sacramenti Conventus Varsaviensis Monialis
Novitia Gnōsi Michaelis de Magna Tarkow Tarko
wski, Capitanei Griboviensis, cum olim Generosa
Teresia Ochocka Consorte ipsius Legitima primo
voto procreata Filia, in assistentia Religiosarum
ac Deodicatarum Virginum Maria ab omnibus
Sanctis Priorissa, Maria a Sancta Scholastica

Subpriorissa

Ao 1746.

Subpriorissa, Maria a Sancto Bernardo, Maria a Sancta Mechtilde, Maria a Sancto Placido, Di: screta, Maria Magdalena a Jesu Depositaria, et Secretaria Capituli Sponialium Ordinis Sancti Be: nedicti, a perpetua Veneratione Sñi Sacramenti ejusdem Conventus Varsavien, Necnon Venera bilis Caietani Bellaviti Theatini Theologi Nri uti et tangm Patris sui Spiritualis ad hunc actu assumpti agens, sana mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus qui busuis proprijs, huic vero Jurisdictioni Nrae Re: gid quo ad infrascripta recognoscenda duntaxat attinet se se subijciendo et incorporando, palam libere ac benevole recognovit et praesentibus re: cognoscit. Quia ipsa de omni et Jntegro Jure suo infrascripto videlicet de Summa seu portione sua Viginti Trium Millium octingentorum Novem florenorum Polon. grossorum trium obulorum quindecem ex Summa originali Quadraginta Se: ptem Millium Sexcentorum Octodecem florenorum grossorum septem obulorum Duodecem Polonicalium per olim Magnificum Georgium Comitem in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski protunc Castrorum Regni metatorem, post hac Palatinum Sendomirien. San: decensem Capitaneum Bonorum Villae Gorzyce ac ali orum Haeredem sibi Recognoscenti hac Gnõ a Mari anna de eadem Tarkowo suae Recognoscentis So: rori Germana, de praesens Gnosi Josephi Rekiewski Venatoris Visliciens Consorti Legitima, cora Actis Castrensibus Capitaneatibus Neocorezinen. Fe: ria Secunda ante Festum Sancti Mathaei Apo: stoli et Evangelistae proxima, Anno Domini Mil lesimo Septingentesimo Decimo Octavo modo Obligatorio inscripti, et ad solvendum apecu: nata promanente se Recognoscentem erga su

pra

prædictam Gnōsam Marianna de Tarkowo
Reklewska Sororem sua, vigore prædmissæ Gn:
scriptionis obligatoriæ concernente origina:
liter ex Summa octuaginta Sex Millium Octin:
gentorū octodecem florenorū groſorū Septen
decimorū Duodecem Polonicalium vigore Deve
torū tam Judicij Tribunalis Regni Lublinen
quam Condescensorial: in Fundo Bonorū Villa
Porzyce, ex mente ejusdem Decreti Tribunalis
liquidata coagulata, prout eadem Gnscriptio
obligatoria ſuvius prædmiſſa inſe obloquitur
pululante, tum de Gnscriptione prædata Castren
Capitaneali Neocorczinen obligatoria, ſuperiꝰ
de Actu ſpecificata cum omnibus Gnscriptionis
ejusdem Castrenſ Capitaneali Neocorczinen
obligatoriæ conditionibus Punctis clausulis ar:
ticulis, vadio Nexibus Ligamentisq; universis ibi:
dem appositis ad hæc de Bonis prædatis portione
eadem videlicet Summa Vigenti Trium Millium
Octingentorū Novem florenorū groſorū Trium
decimorū Quindecem Polonꝰ oneratis, paratæq;
eorundem Bonorū Gntromiſsione et poſsesſione hac:
tenus pacifice continuata, cumq; toto prædmiſso:
rum omnium Jure Dominio, proprietate prærо:
gativa competentiaq; omnibusq; et ſingulis fru:
ctibus proventibus reditibus, nullis exceptis pro:
ut ſe Recognoscen concernebant, ſibiq; legitime
ſervi ebant, neq; pro ſe Recognoscen, aut quopia
alio reſervatis aut prædmiſsis. Jam exnunc et
de facto ſupraſcripto Gnōso Michaeli de Magna
Tarkow Tarkowſki Capitaneo Gribovienſi ſuæ
Recognoscentiſ Parenti Charisſimo et ejus Suc:
ceſsoribus, accepta ab ipso pro prædmiſsis omni
bus realis et ſufficienti ſatisfactione ceſsit

et condescendit

et condescendit, prout cedit, jus sum prædictos omnium transfundit, intromissionem dat per Ministerialem Regni Generalem per ipsum Gnosum Tarkowski Capitaneum Griboviens et ejus Successores, hoc idem jus cessum prædictorum omnium cum universis beneficijs et prærogativis, Summam videlicet supscram et Bona prædata eadem Summa onerata cum alijs utilitatibus et emolumentis, teneng habeng possideng. Tuitionem evictionem emundationem et pacificationem cavet, prout se cum suis Successoribus sanguine junctis proximioribus, de et super Bonis suis generaliter omnibus inscribit, idq sub Data Viginti Trium Millium octingentorum Novem florenorum, groscrum Trium obulorum Quindecem Lolong, Forum Castreng Capitaneale Neocorezineng, aut quidj Tribunalicij Regni Lublineng ad respondendum assignang et præligendo. Et hic incontinenti eadem Deodicata Virgo, in Sæculo Franciska in Religione vero Maria Cunegunda Tarkowska Ordinis Sancti Benedicti ab Adoratione perpetua Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsaviens Monialis Novitia, Gnosi Michaelis de Magna Tarkow Tarkowski Capitanei Griboviens cum olim Generosa Terescia Ochocka Consorte ipsius Legitima primo voto procreata Filia, in eadem assistentia superius specificata agens sana mente et corpore existens, recessu supra scripto ad hæc mediante palam libere ac bene: vole recognovit Quia ipsa pro omnibus Bonis Paternis et Maternis, hæreditarijs et obligatorijs, mobilibus et Immobilibus, Summisq quibusvis pecuniarijs, se Recognoscens post Dnd

Dictos

dictos Gnōs Parentes suos, jure Divino et Naturali Successione Concernentibus, per manus Suprascripti Generosi Michaelis de Magna Tarkow Tarkowski Capitanei Griboviensis Parentis sui Charissimi satisfactum est, respectu cujusquidem satisfactionis sibi modo prædicto prestita, eundem Gnōsum Michaelem Tarkowski Parentem suum Charissimum quietat, liberumq; et absolutum facit præsentibus per: petuo et in dies, ac Bonis suprascriptis omnibus Paternis et Maternis hæreditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus, Summisq; quibusvis pecuniarijs se Recognoscente post prædictos Parentes suos jure Divino et Naturali successione respicientibus, tum etiam successivis sive Recognoscentem, post quas: cunq; Personas, Devolutis et devolvendis abre: nuntiavit et abdicavit, prout abrenuntiat et abdicat præsentibus, sibi respectu prædmis: sorum omnium imponendo silentium. Hæc sua personali Recognitione ad præmissa medi: ante. Pro Pajori vero firmitate manu propria sese subscripsit. Siostra Mianowana na Sukcie Franciszka Tarkowska, w Zakonie Marya Kunegonda Nowicyuszka. Siostra Marya Od Wszystkich SS. Drzewo Zona, Zakonnie od ustawiczney Adoracyi N. Sakr: S.te Marie Angelique de Ste Scolastique Souprieure; S.te Marie Anne de Ste Bernard Discrettes. S.te Marie Mechtilde du S.t Sacrement Discrette. S.te Marie de S.t Placid Discrette. S.te Marie Madelaine de Jesus Depositaire, et Secretaire du Chapitre. D. Caietanus Bellaviti: C.R. Sacræ Regiæ Majestatis Theologus, tanqua assistens. Quam ejusmodi.

ejusmodi Secretarij Deputati Nostri Relatu: nem, factamq; ut præmissum est Inscriptione Nos firmam ac de Jure validam habere vo: lentes, eandem ad Acta præsentia suscipi Jn: scribi, et ex ijsdem fideliter descriptam, par ti postulanti authentice extradi permisimus. Jn cujus rei fidem &c Actum ut sup.

INCIPIUNTUR Acta.

REGNANTE SERENISSIMO AUGUSTO. TERTIO REGE POLONIÆ, MAGNO DUCE LITTHUA, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ. Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæ: Nec non Hæreditario Duce Saxoniæ, Principe & Electore.

AD RELATIONEM

Illustrissimi Excellentissimi & Magnifici Domini. Joannis Comitis in Konskie & Białaczow a Malachowice Malachowski Supremi Cancellarij Rni, Opocznensis, Ostrolęcensis &c. CAPITANEI.

NEC NON.

Illustrissimi & Reverendissimi in Christo Patris Domini, Michaelis de Granow Wodzicki, Decani Cathedralis Cracoviensis, Abbatis Vąchocen: sis. Procancellarij Regni.

ANNI 1746.

Actum Varsavid Sabba
tho in Crastino Festi San:
ctorum Simonis et Jude
Apostolorum, Die scilicet
Vigesima Nona Mensis
Octobris, Anno Domini
Millesimo Septingente
simo Quadragesimo Sexto.
Regni vero Nri Anno Dc:
cimo Quarto.

Ad Relationem Illrmi et Excellmi
Domini Joannis in Nadachowice
Nadachowice Nadachowski Su:
premi Cancellarij Regni, Opocz:
nensis Ostrotzceny & Capitanei.

Oblata Juris Communicativi sup
Capitaneatum Lucinensem in Du:
catu Livonid Gnõs a Dorothea Amelia
de Kieyzerlingic, Gnõsi Vilhelmi Rapha:
elis Bucholtz Capitanei Lucinensis
Consorti servientis.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polonid &.
Significamus &. Oblatas esse ad Acta praes
Metrices Regni Cancellarid Majoris, Literas
originales Privilegij infrascripti, manu Nra
Regia Subscriptti, et Sigillis Majoribus Rni et
MD Litt communitti, sanas salvas et illesas o:
mnig suspitione carens Tenoris sequentis. Au:
gust Trzeci z Bozey Laski Krol Polski Wielki
xiąże Litt, Ruski Pruski, Mazowiecki Zmudzki
Kijowski, Wołhynski Podolski Podlaski, Li:
flantski, Smolenski, Siewierski y Czerniecho:
wski, Dziedziczny xiąże Saski y Elektor &.

Oznaymuiemy

Ao 1746.

Oznaymuiemy Niniejszym Listem Przywileiem Naszym wszem wobec y kazdemu komu o tym wiedzieć należy. Iż zosobliwego respektu Naszego, na znamienite Zasługi Urodzonego Wilhelma Rafata Buchholtza Podkomorzego Naszego Starosty Lucinskiego, tak Nayiaśnieyszemu Swiętey Pamięci Krolowi Jmci Polskiemu Oycu Przeciętorowi Naszemu, iako Nam y Rzpltey wroznych okkazyach wiernie y Zyczliwie zaswiadczone, umyslilismy Prawa Jego Dożywotniego, ktore mu na Starostwo Lucinskie wdzięcznie Inplantskim będące służy, Urodzoney Dorocie Amelicy z Kieyzerlingow Małżonce Jego kommunikowac y udzielic, iakosz kommunikujemy y udzielamy, tym Listem Przywileiem Naszym, mocą ktorego ciż Urodzeni Wilhelm Rafad y Dorota Amelia z Kieyzerlingow Buchholtzowie Małżonkowie, przerzeczone Starostwo Lucinskie z Miastem Woytostwami, tudzież ze wszystkiemi Wsiami Folwarkami, Dworami Budynkami, Polami, rolami, Łąkami, Pastwiskami, Lasiekami, Zaroslami, Stawami, Jeziorami, Strugami, Rzekami, Sadzawkami, Młynami, Tartakami, Karczmami obojey Płci poddanemi, ich Czynszami Daninami, Osepami, Strażami wszelkie mi powinnosciami y wszelkiemi przynależytosciami attinentiami, nic nie exceptuiąc, tak iako Zdawna tosz Starostwo we Sobie ogranicz: ne iest, trzymać, y onego wraz używać będą aż do ostatniego Życia Ich, lub po Zeyściu Jednego drugiego Zyiącego kresu, obiecuiąc po Nas y Nayiaśnieyszych Następcach Naszych, iż pomienionych Urodzonych Wilhelma Rafata y Dorotę Amelię z Kieyzerlingow Buchholtzow Małżonkow, od spokoyney tegosz Starostwa Lucinskiego Posiessyi y zażywania Jego nie oddalemy, ani ko-

mu

mu do oddalenia onych Mocy niedamy, ale przy
zupednym prawie dozynotnim Jz nienaruszo:
nie zachowanay, co y Nayiasnieysi Nastempcy
Nasi uczynią, Prawa Nasze Krolewskie Rze:
czypospolitey, y Kosciola Swiętego Katholickiego
zupednie zachowuiąc. Naco dla lepszey wiary
rzlug Naszey podpisawszy, Pieczęci Koronney y Litt
przycisnąc rozkazalismy. Dan w Warszawie Dnia
XV. Miesiąca Października Roku Panskiego
MDCCXLVI. Panowania Naszego XLV. Roku. Jus
Communicativm na Starostwo Lucinskie wsz
stwie Inflantskim leżące Urodzoney Dorocie Rme:
Liey z Kieyzerlingow Urodzonego Rafata Wilhel:
ma Bucholtza Starosty Lucinskiego Małżonce.
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Regni. Joan
nes Wolski Subdapifer Districtus Chęcinien
sis Rgs Mattis Sigilli Regni Secretarius. Locus Si:
gilli Minoris MDLa. Stephanus de Ktogowa Koso
wski Dincerna Palatinatus Brzesten Cuiavid
Rgs Mattis Sigilli Minoris MDLa Secretarius mp.
Quas ejusmodi Literas Privilegij Nostri sicut prę:
missum ac Acta presentia Metrices Regni Obla:
tas, Nos ac eadem Acta Metrices Regni suscipi in:
scribi; et ex eisdem fideliter descriptas parti po:
stulanti authentice extradi, originale vero rur:
sus offerenti restitui: de quo recepto Cancellari
a quietavit, quietatq; presentibus: permisimus.
Cujus rei fidem &c. Actum ut sup.

Actum Varsaviæ Sabbatho post
Festum Sanctorum omnium prõdo
Die scilicet Quinta Mensis No:
vembris Anno Domini Millesi:
mo Septingentesimo Quadrage
simo Sexto.

Ad Relationem ejusd Illmi Excellmi et
Mici Domini Joannis Małachowski Sup
Cancellarij Regni.

Quietant

Ao 1746.

Quietant sese mutuo Gnõsi Stephanus Malinski Succamerarius Cremenecen: et Zambrzycki Dapifer Lomsensis.

Augustus Tertius &c.

Significamus &c. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariâ Nrâ Majoris compa: rentes personaliter Gnõsi Stephanus Malinski Succamerarius Cremenecensis Colonellus Exercitus Nostri et Reipcæ Mrzigłodensis Capitaneq exuna, et Ignatius Zambrzycki Dapifer Terræ Lomsensis Parte ab altera, sani mentibus et Corporibus existentes, recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis proprijs, huic autem Jurisdictioni Nrâ Regiâ, quo ad infrascripta recognoscenda attinet sese subjicieng et incorporando, pacta publicè et benevolè recognoverunt, et quisq; illorum suo pro interesse recognovit. Quibus ipsi iam exnunc et defacto mutuo et abinvicem, a Manifestationibus, et quidem suprafatus Generosus Zambrzycki etiam a mandato ad Judicia Nra Apostorialia Regni edito Cessionej Sabbatho post Dominicam Sexagesimæ proximo Anno Domini 1737. in Curia Regia Cmenecensi Masovia intercepta, alijsq; quibusvis Actibus, occõne Capitaneatus ejusq; Mrzigłodensis subsecutis, ob inita tam inter se Recognoscentes Concordiam, ac Subsecutam adinvicem satisfactionem recedunt, Actusq; quosvis cassant et sese quietant, cum perpetua Silentij impositione. Hac ipsorum personali ad præmissa recognitione mediante. Pro Majori vero firmitate manibus propriis sese Subscripserunt. Stephanus Jeto Malinski m.p. Ignatius Zambrzycki m.p. Quam ejusmodi Inscriptionem Quietatoriam sic ut præmissum factam et Recognitam, Nos firmam ac de Jure validam habere volens eandem ad Acta præsentia susci-

scipi

scipi inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti authentice extradi permisimg. In quorum fidem & Actum ut sup.

Actum Varsavie Feria Quinta pridie Festi Sancti Martini Episcopi et Confessoris, Die scilicet Decima Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Sexto.

Ad Relationem ejusd Illmi Excellmi et Mfici Dni Supmi Cancellarij Regni.

Ordinat Specialem Plenipotentem Admodum Reverendus in Christo Pater Dnus Andreas Zaduski Epus Cracoviensis. Augustus Tertius &

Significamus &. Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellaria Nra Majoris compa rens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Dnus Andreas Stanislaus Kostka, Comes in Zadusnie Zadushi Epus Cracoviensis, Dux Severie, sanus mente et corpore existens, rece: dendo a Foro Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infrascra Recognoscenda duntaxat attinet vese subijciendo et incorporando palam libere ac benevole recognovit et presentibus recognoscit. Quia ipse Gnosum Christophorum Rudnicki Sub: delegatum Juratum Castrensem Cracoviensem in Sum verum Legitimum ac Specialem Plenipo: tentem ad eximenda Bona Szlesowice in se Re cognoscentem post Fata olim Reverendi in Christo Patris Domini Ludovici Zaduski Episcopi Plocensis Patrui sui succesive devoluta, possessioni ac presens Gnosorum Skalskich subiecta in Palatinatu Cracovien: Duiatibus Zatorien: et Oswiecimen: consistentia, eligit constituit inscribit

inscribit, et ordinat, Dans et concedens ipsi ple:
nariam et Specialem potestatem, Bona prafata
Zleszowica, in rem et Personam sui Recognoscen
eximendi, Summam qud et quanta, in vim e:
xemptionis provenerit, ad mentem Contractus si:
ve ad manus Lospesoru exsolvendi, sive in casu
renitentia coram Actis reponendi. Procesum si
quo opus fuerit Nomine sui Recognoscentis, co
intuitu instituendi. Intromissionem in prafata
Bona aprehendendi. Respectu pretensionu Fun:
di, si qud apparuerint componendi, Quietationes
pro re et interesse sui Recognoscentis obtinendi,
Ceteraq; omnia legitimu et Specialem Plenipo
tentem concernentia, pro exigentia ejusd Nego
cij et causa peragendi et exequendi, ac ad debi:
tum finem deducendi, Bonaq; suprafata, post Sub:
secutam exemptionem, ad ulteriorem sui Recogno
scentis Dispositionem administrandi, cavens et
promittens ea omnia, quid quid per eundem Gere
rosu Christophoru Ludnicki Specialem Plenipo
tentem suu in prdmissis omnibus constitutum
et actum fuerit se Recognoscentem cum suis
Successoribus Sanguinis pro rato grato firmo
ac valido suscepturu. Hac sua personali Reco:
gnitione de prdmissa mediante. Pro Majori vero
firmitate manu propria sese Subscripsit. Andr's
Zaduski Epus Cracovien D.S. Quam ejusmo:
di Plenipotentiam sic ut prdmissum factam et
Recognitam, Nos firmam ac de jure validam
haberi volentes, candem ad Acta prdsentia sui:
scipi Inscribi et exijsdem fideliter descriptam
parti postulanti in forma authentica extradi
permisimus. In quorum fidem Sigillum Regni
est Appressum. Actum Varsavid ut sup.

Actum

Actum Varsavid Sabbatho
in Crastino Festi Sancti
Martini Episcopi et Confesso
ris, Die scilicet Duodecima
Mensis Novembris Anno
Domini Millesimo Septin
gentesimo Quadragesimo
Sexto.

Ad Relationem ejusdem Gltrmi Excel
lentissimi et Magnifici Domini Supre:
mi Cancellarij Regni

Quietant Religiosa ac Dedicata Monia
lia Ordinis Sancti Benedicti, a continua
Adoratione Sanctissimi Sacramenti Con:
ventus Varsavien. Generosum Josephum Item
bocki Dapiferum Crusvicien.

Augustus Pertius

Significamus & Quod ad humillimam Supplicationem Religiosarum ac Dedicatarum Virginum Monialium Ordinis Sancti Benedicti, a perpetua Veneratione Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsavien. acta publica adire nonvalen. apud Nos factam, Gnosum Andream Franciscum Cichocki Secretarium Nostrum, et Actorum Metrices Regni Cancellarid Nostra Majoris Grafectum, pro recipien: da ab ipsis infrascripta Gnscriptione deputasse: mus, utq. cum Actis ipsas adiret permisisemus Gs idem Gnosus Deputatus Secretarius Noster functus officio suo coram Nobis palam publice recognovit. Qualiter coram eodem Deputato Se: cretario Nostro Actisq. presen. Metrices Regni Cancellarid Nra Majoris Die hodierna in Actu contenta comparentes personaliter Religiosa ac Dedicata Virgines Maria ab omnibus San ctis Priorissa, Maria a Sancta Scholastica Sup

priorissa

Ao 1746.

priorissa, Maria a S. Bernardo, Maria Mechtil:
dis a Sanctissimo Sacramento, Maria a Sancto
Placido Discreta, Maria Magdalena a Nomine
Jesu Depositaria et Secretaria Capituli, Monia:
les Sancti Benedicti, a continua Adoratione Sm̃i
Sacramenti Conventus Varsavien, in assistentiâ
Religiosi Jordani Veier ordinis Sancti Dominici
Sacrâ Theologiâ Doctoris Priôris Lovicien uti
et tangm̃ Patris sui Spiritualis ad hunc Actum
assumpti agentes, Sana mentibus et corporibus
existentes, recedendo a Foro Terris et Jurisdicti
onibus suis quibuscuis propriis, huic autem Ju:
risdictioni Nrâ Regiâ, quoad infrascripta Re:
cognoscenda duntaxat attinet sese Subijcien
et incorporan, palam liberè ac benevole recogno
verunt et præsentibus recognoscunt. Quia Ipsâ
Generosus Dñs Josephum Glembocki Dapiferu Crusvicien
De Summa Quing̃ Millium Florenorũ Polonicali
um currentis in Regno moneta Capitali, necnon de
Provisionibus ab eadem proveniẽ sibi Recogno:
scentibus et Conventui suo debitis, Actis Castren
sibus Varsavien sibus Feriâ Sexta ante Festũ
Sancti Francisci Confessoris proxima Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Trigesi:
mo Nono inscripta et absolvendum asecura:
ta, iam exnunc et de facto ob præstitam sibi
Recognoscentibus Conventuiq̃ suo plenariam
satisfactionem quietant absolvunt et liberum
mittunt, Inscriptionem præfatam supra de Actu
specificatam tollunt cassant et annihilant, Ni
hil amplius sibi Recognoscen Conventuiq̃ suo
ac præfatum Gnosum Dñm Josephum Glembocki Dapi:
ferũ Crusvicien sem Successores q̃ ejus vñe
præfatæ Summæ tam Capitalis q̃m Provisionũ
Juris præteatus et prætensionis reservando
et præcustodiendo. Quietationem p̃ Nobilem

Andream

Ao 1746.

Andreas Mus Bochenski Dei Gratia Potentem sui Recognosc. coram Actis Castren. Capitaneatibus Varsavien. Feria Sexta Ante Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini 1739. de Summa Octo Millium florenorum Mus Polonicalium currentis in Regno moneta per Generosum Mum Laurentium Glembocki Palatinidam Ravensem Sorori sua Religiosa ac Dedicata Virgini Maria Alexia in Religione, in Sæculo vero Theresia Glembocka Monriali ordinis Sancti Benedicti a Continua adoratione Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsavien. Certo Contractu in Bonis Ulitunia Die Vigesima Mensis Februarij Anno Domini 1736 inito et conscripto in Bonis Namorowice asecurata Nomine sui Recognoscentium, totiusq; Conventus sui in Rem Generosi Josephi Glembocki Dapiferi Crusuicien. recognitam in omnibus approbant et ratificant. Hac ipsarum Mum personali Recognitione ad præmissa mediante. Pro Majori vero firmitate manibus propriis sese subscripserunt. S.r Marie de Jous Les Bs Lrieure. S.r Marie Angelique de Ste Scolastique Souprieure. S.r Marie Anne de Ste Bernard Discrette, S.r Marie Mechtilde du St Sacrement Discrette. S.r Marie de St Ignace Discrette. S.r Marie Madelaine de Jesus Depositaire. Fr Jordanus Weycher S.te Th: Dr. Prior Lovicien: sis Ordinis Lrs dicatt. mpa. Quam ejus modi sic ut præmissum est factam Inscriptionem, Nos Mum firma ac de Jure Validam habere volen. eandem ac Acta præsentia suscipi inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem Sigillum Regni est appressum. Actus Varsavie. ut sup.

Actum

Quietat
Lo Inan
Regni de
sha Pabi
Augustus
Significa
bus Petri
comparens
a Potok Lo
Exercitus
Capitaneu
recedendo
is, quibus
ri Nadle
duntaxat
rando, pa
et præsen
vicam de
Sanocens
Subdapife
Mum dua, illius
cessu, in ca
quarumcu

Actum Varsaviæ Feria
Secunda post Festum San:
cti Martini Pontificis
et Confessoris proxima, die
scilicet Decima Quarta
Mensis Novembris Anno
Domini 1746.

et de Relatione ejusdem Illtrmi Excellmi
et Mfici Dni Joannis Comitis in Konskie et
Białaczow a Radachowice Radachowski
Supmi Cancellarij Regni Opoczneñ Ostrotzceñ &
Capneï.

Quietat Magnificus Lotocki Palatinus
Losnanieñ Supremus Dux Exercituum
Regni de Processu Gnosa Ludovicam Urban
ska Subdapifera Sanocensem Viduam.

Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis prdsenti
bus Sfetrices Regni Cancellariæ Nræ Majoris
comparens personaliter, Magnificus Josephus
a Lotok Lotocki Palatinus Losnanieñ Supremj
Exercitus Regni Dux, Lezaiceñ Sniatineñ &
Capitaneus, Sanus mente et corpore existens
recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus su:
is, quibusvis proprijs, huic autem Jurisdictio
ni Nræ Regiæ, quoad infrascra recognoscenda
quintazat attinet se se subjiciendo et incorpo
rando, palam libere ac benevole recognovit
et prdseñ recognoscit. Quia ipse Gnosa Ludo
vicam de Skirwskie Urbanska Subdapifera
Sanocensem, Generosi olim Ignatij Urbanski
Subdapiferi Sanoceñ Consortem relicta vi:
dua, illiusq; Successores, de toto et integro pro:
cessu, in causa et actione intuitu Violentiarum
quarumvis, Stante possessione, tam prdfati
Gnosi.

Ao 1746.

Gnōsi olim Urbanskii Mariti, quam Generosa Ludovica Urbanska Bonorum Nostrorum Regalium Kutkowce et Droniatyn in Palatinatu Rupiensi Terra vero Halicien sitorum Bonis sui Recognoscentis Hereditarijs Tarnopol illatorum et causatorum, ad instantia sui Recognoscentis ad Tribunal Regni Lublinen intentato et perducto tum de Condemnationibus quibusvis, suj prdfatis Generosis Urbanskie, in eodem Judicio Tribunalitio Regni Lublinen obtenj, necnō de Manifestationibus et protestationibus omnibus, ratione prafatarum violentiarum factis ob prastitam sibi Recognoscenti satisfactionem, quietat et absolut, eundemq; processum Condemnationes Manifestationes et protestationes cassat et annihilat, Nihil sibi Recognoscenti Successoribusq; suis, ratione prdfati processus Juris prætextus et prætensionis, ac eosdem Generosos Urbanskie Successoresq; eorum relinquendo reservando et præcustodiendo. Hac ipsius personali Recognitione ac præmissa mediante. Pro majori vero firmitate manu propria sese Subscripsit. J. Lotocki Pal: Posn Supr. Dux Exer: Regni. Quam ejusmodi Inscriptionem, sic ut præmissum facti, et recognitti, Nos firmam, ac de jure valid, haberi volen, eamq; ac Acta ipsen suscepi, inscribi, et exijs fideliter descriptti, parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem Actum ut sup.

Actum Varsavid Feria Sexta ante Festum Præsentationis Beatissimæ Mariæ Virginis proxima Die videlicet Decima Octava Mensis Novembris Ao Dñi 1746to

Ad Relationem ejus Supmi Cancellarij Rni B.

Edit

Ao 1746

Edit de Jure Patronatus ad Ecclesiam
Opoliensem Magnificus Josephus Loto
cki Palatinus Posnanien: Exercituum
Regni Supremus Dux Religioso Igna:
tio Konarski Scholarum Piarum, Suce:
daneisq; Provincialibus in Regno Polonia
Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis praesenti
bus Sfetrices Regni Cancellaria Nra Majoris
comparens personaliter Magnificus Josephus
Comes a Lotok Lotocki Palatinus Posnanien:
Exercituum Regni Nostri Supremus Dux Le:
zaiscensis Sniatinen: & Capitaneus, Sanus
mente et corpore existens, recedendo a Foro
Terris et Jurisdictionibus suis quibusvis pro
prijs, huic autem Jurisdictioni Nra Regia, quo
ad infrascripta recognoscenda, duntaxat at:
tinet sese subijciendo et incorporando, pata
libere ac benevole recognovit, et praesentib;
recognoscit. Quia ipse attenta Fundatione
Magnifici Joannis Comitis de Thenczyn et
Czekarzewice Tarlo Palatini Sendomirien:
et Introductione Religiosorum Patrum Scho:
larum Piarum, per Eminentissimum olim et Re:
verendum in Christo Patrem Joannem Ale:
xandrum Cardinalem Lipskii Episcopum Cra:
covien:em Ducem Severiæ ac Ecclesia Oppo:
lien:em Die Decima Sexta Mensis Septembris
Anno Domini 1743. in assistentia et de Con:
sensu, et ad Recommendationem sui Recogno
scentis facta, nec non cessione Juris Patronatu
ad Pr:dictam Ecclesia, tum Filialem in Klu:
czkowice subservientis, per Suprafatum Illu:
strissimum Joannem Tarlo Palatinum Sendomi

vien:en

riensem, Generalem Terrarū Lodolid, Camere:
cens, Laticzovien, Medicen, Socalien, Jasle
Capitaneū locū tenentem Generalem in Exerci
tu Regni his in Actus favore Religiosi Ignaty
Konarshi Provincialis protunc Scholarum
Piarū, ejusq; Succedaneorū Provincialium
subsecuta, pari Zelo et desiderio gloriæ Dei
permotus, cupiensq; ut Vinea Domini abijsq;
Ministris sine divisione excolatur, jam ex
nunc et de facto Jus suū Patronatus ad pre
dictam Eccliam Parochialem in Opole, et totū
quantum sibi serviens, unacū Successoribus
suis dat, donat, et resignat, cedit transfundit
eidemq; insolidum integre et totaliter abre:
nuntiat, favore dicti Religiosi Ignaty Konar
shi, et ejus in Officio Succedaneorū Provinci
alium perpetuo et in avū, nihil sibi Recogno:
scenti amplius Juris prætextus proprietatis
retentionis prose ac suis Successoribus ad
idem Jus Patronatus Opolien, præsentandiq;
ac illam reservando, verū omne idem Jus su:
um in præfatum Religiosū Ignatiū Konar:
shi et Provincialem modernum Scholarum
Piarū ac ejus Succedaneos Provinciales Lo
nis Actuales transfundendo et transferen
do, donatione pura et irrevocabili inter vi
vos fieri solita, dans eamnunc et concedens
ijdem Religiosis Provincialibus protempore
existentibus, plenam et omnimodam facul:
tatem et potestatem Subiectum idoneum
et habile ad eandem Ecclesiam præsentandi
aliaq; omnia ad præmissa quomodolibet ne:
cessaria et opportuna faciendi gerendi e:
xercendi et procurandi, alias in forma Do:

nationis

nationis et Resignationis perfectissima. Hac ipsius personali Recognitione ad premissa mediante. Dro Majori vero firmitate manu propria se subscripsit. J. Potocki Dal: Losn, Su: pr: Dux Ex: Regni mp. Quam ejusmodi Resignationem, sicut premissum factam et recognitam, Nos firmam ac de Jure Valid: Dam habere volentes, eandem ad Acta presentia suscipi, inscribi, et ejusdem fideliter descriptti Parti postulanti authentice extra di permisimus. In quorum fidem &c Actum ut sup.

Actum Varsavia Sabbatho in Crastino Festi Sancte Catharine Virginis et Mar: tyris Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadrage simo Sexto.

Ad eandem Relationem gltrmi Supremi Cancellarij Regni.

Inscribit summam Triginta Millium Flo: renorum Polonicalium, Magnificus Jose: phus Makowski Castellanus Ravensis Grōsis Vincentio et Clementi Makowskis. Augustus Tertius &.

Significamus &. Quod coram Actis presentibus Metrices Regni Cancellarie Nrē Majoris com: parens personaliter Magnificus Josephus in Kwysk Makowski Castellanus Ravensis, sanus mente et corpore existens, recedendo a Jure Der: ris et Jurisdictionibus suis, quibuscunque propriis huic vero Jurisdictioni Nrē Regie quoad in: frascra Recognoscenda, quatenus attinet se se subijciendo et incorporando, patam libere

ac

ac benevole recognovit et præsentibus recogno:
scit. Quia ipse Generosis Vincentio et Clementi
Notario Terrestri et Castren: Viszogrodiensi Wa:
kwaskim Fratribus inter se Germanis Filiastris
vero suis, eorumq; legitimis Successoribus Summa
Triginta Millium florenorum currentis in Re:
gno moneta cuilibet eorum per Quindecem Millia
florenorum Polonicalium in Summa Quinquagin
ta Millium florenorum Polonicalium in Bonis
Gizyce et Gizycki in Palatinatu Ravensi Terra
vero Gostiñensi sitt et iacentibus, Contractu
Obligatorio de Data illius hic Varsaviæ Die Sex:
ta Mensis Julij Anno Domini 1739. in Magni
ficum Antonium in Lubraniec Dąbski Pala:
tinum Brestensem Cujaviæ, Juniv Wladislavien:
Deboviensem Capitaneum abuna, et se Recogno
scentem parte ab altera inito et conscripto
Actuq; Castrensibus Capitancalibus Varsavi
ensibus Feria Tertia post Festum Visitationis
B. M. Virginis proxima Anno eodem 1739. ro:
borato, et Inscriptione obligatoria uno Robo:
rationis ejusdem Contractus Actu subsecuta
hærenti ex Summa originali Centum Dece
Millium florenorum Polonicalium pullulan
ti restanti modo simpliciis debiti inscribit
et assecurat, totumq; Jus suum ad præfatam
Triginta Millium florenorum Polonicalium
summam in Personas suprædictorum Genero
sorum Filiastrorum suorum, successoriumq; eorum
transfert et transfundit plenarie et in esse:
ctu. Salvo tamen usu fructu, ab eadem Sum
ma quotannis provenienti ad vitæ suæ tem
pora pro se Recognoscente reservato. Hac
ipsius personali Recognitione ad præmissa
mediante. Pro Majori vero firmitate manu

ppria

Ao 1746.

